



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


La  
27  
91



La 27.91







1174

⑤

# DE PRAEPOSITIONUM USU APUD AMMIANUM.

---

SCRIPSIT

GUSTAVUS REINHARDT.


---

COHENIS ANHALTINORUM.

IN AEDIBUS P. SCHETTLERI.

MDCCCLXXXVI.

La 27.91



Salisbury Fund.

**Parentibus sacrum.**



**A**mmianus Marcellinus unus est, ne dicam solus, ex iis scriptoribus exeuntis imperii Romani, quorum opera summo cum oblectamento et haud exiguo cum fructu semper legentur.

Neque enim solum veritate ac fide inter omnes scriptores magnopere eminet, sed etiam arte narrandi non indignus videtur, qui cum Sallustio, Livio, Cornelio Tacito, Suetonio Tranquillo comparetur eisque proximum locum teneat. Itaque nobis est valde dolendum, quod opus eius non totum est servatum; nam etsi de rebus suam aetatem antecedentibus relationibus aliorum scriptorum uti debuit, tamen quin in hac ipsa priore operis parte eadem opera in veris investigandis usus sit atque in altera dubitari nequit.

Minus laudatum est genus dicendi Ammiani; neque imerito, nam saepe excedit grammaticos canones, ita ut non nunquam mutet declinationes ac terminations nominum. Ut autem tota Ammiani elocutione minime delectemur, quin etiam haud raro offendamus praecipue his duobus orationis quasi elementis factum est: *vocabulis* et *stile*.

Sed utcunque res est, id certe constat non esse de Ammiani sermone ex norma optimorum scriptorum iudicandum, sed, si quando peccaverit et a legibus sermonis recesserit, aetate sua ipsa eum defendi; neque enim melius locuti sunt alii, qui illis temporibus scripserunt, sed leges grammaticorum neglegunt, cum iam lingua ut imperium Romanum ipsum a pristino splendore degenerare coepisset. Accedit, quod Ammiano ut homini Graeco lingua latina minus nota esse debuit quam aliis eius aetatis scriptoribus, quibus latinus sermo erat innatus. (Cf. Had. Valesii praef. in edit. Erfurdt. I, p. 53.) Denique culpa nonnullorum vitiorum, quae olim Ammiano tribuebantur, in eos, qui libros descripserunt, est transferenda, et optimo iure Muellerus (Fleck. J. f. Phil. 107

p. 364) demonstravit, quam non recte editores pro certo habeant Ammianum declinare et coniugare nescire.

At ex altera parte non est plane assentendum Hassensteinio (*Syntaxis Ammianeae*, Diss. Lips. 1877), qui demonstrare studet syntaxin Ammiani haud ita longe recedere ab ea condicione, qua utebantur optimi argenteae, quae vocatur, latinitatis scriptores. Nam Hassensteinius ipse quoque nonnulla affert, quae raro tantum apud illius aetatis scriptores reperta posterioris propria saepissime apud Ammianum inveniuntur. (Cf. Bursian. Jahresbericht 1877 II. Abt. p. 91.)

Postquam textus operis editionibus, quas Eyssenhardtius et Gardthausenus optimis libris manuscriptis adhibitis curaverunt, emendatus est, etiam accuratius quae situm est de genere dicendi Ammiani et de iis scriptoribus, ad quos orationem suam formavit; sed ne omnia, quae ea de re scripta sunt, afferam, commemoro tantum Hassensteinii dissertationem supra indicatam, quoniam ea saepius adhibenda mihi est. Quamquam autem non nego Hassensteinium hoc libro bene meritum esse de Ammiano, tamen multum abest, ut syntaxin Ammiani, quae, ut iam dixi, multa singularia et huius propria praebet, satis distinete et ab omni parte absolute exposuerit. Nam unamquamque syntaxis partem quasi praeteriens attigit, absolvit nullam, ita ut e. g. ex magno praepositionum numero quinque tantum breviter illustrandas eligeret, reliquas, quamquam in unaquaque satis multa, quae memoratu digna videantur, conspicuntur, ne verbo quidem commemoraret. Itaque de usu praepositionum agere mihi proposui eam rationem secutus, ut praepositionem „per“ in priore huius dissertationis parte accuratius perquiram, omnium reliquarum praepositionum singularia et posteriorum scriptorum propria in altera parte afferam. Nam res ipsa postulat, ne una eademque ubertate et amplitudine de unaquaque praepositione disseratur. Ut autem „per“ praepositionem accuratius tractare mihi proponerem, ea praecipue causa adductus sum, quod huius praepositionis usus tam late patet, ut Taciteum, quem maxime varium monstravit Hensellius (Diss. Marburg. 1876) et Livianum, de quo egit Wulschius (Diss. Hal. 1880), si non superet, at certe adaequet.

In locis afferendis secutus sum editionem Gardthauseni, sed etiam reliquorum editiones sunt accurate adhibitae et saepe magnum adiumentum mihi praebuerunt. Praeterea autem Gardthauseni conjectanea Ammianeana (Kiel 1869) mihi non minus utilia fuerunt. Si ad textum constituendum opus fuit, lectiones codicum sunt allatae.

Sed iam ad propositum ipsum accedo..

---

### Pars prior.

#### De „per“ praepositione.

Qua ex origine praepositio „per“ sit derivanda hic quaestionem institui non opus videtur, quippe ex qua adiumentum ad usum praepositionis Ammianeum constituendum effluat nullum. (De hac re cf. Pott. „Etym. Forschungen“ I<sup>2</sup> p. 459. 467, et G. Curtius „Grundzüge der griech. Etymol.“ p. 269).

De vi autem praepositionis genuina id tantum dico eam ab initio indicare motum quendam, qui incipiens ab una loci parte recta via pertinet ad partem contrariam oppositamque (Wulsch. p. 7). Luce clarius est hanc genuinam praepositionis potestatem non semper servari, sed multis modis variari; quam variationem effici coniunctione cum aliis verbis, non latere in voce ipsa vix monendum est. (Hensell. p. 4.)

Materiam autem ita disposui, ut in capite priore disseram de „per“ cum casu coniuncto, in altero de verbis cum „per“ compositis.

Et Hensellius et Wulschius separatim disseruerunt de collocatione praepositionis eiusque permutatione cum aliis praepositionibus aut cum nudo ablativo. Quod apud Ammianum quoque fieri non opus esse puto; neque enim longe recedit Ammianus in his rebus ab optimorum genere dicendi, et pauci illi loci, quibus tamen usum posteriorum sequitur, facile cognoscuntur in percensendis exemplis. Commemoro

tantum verborum coniunctionem „perque,” quae octies apud Livium (Wulsch. p. 8) invenitur, apud Ammianum saepissime occurtere.

### Caput I.

#### **De „per“ cum casu coniuncto.**

Servavi in hoc capite eandem dispositionem, quam sunt secuti Hensellius et Wulschius, ita ut primum agam de locali, deinde de temporali, postremo de translata praepositionis notione.

#### **A. „Per“ notione locali positum.**

##### **a. De originali praepositionis vi.**

Significatur, ut iam supra dixi, originali praepositionis vi motus ac transitus per medium aliquem locum. Itaque praepositio pendet plerumque a verbis movendi ac iungitur substantivis aut adiectivis vel participiis neutri generis localem notiōnem continentibus. (Wulsch. p. 13.)

Saepe omittitur eundi vocabulum, in quo ratio praepositionis est posita, sed suppletur facile, ut ex multis exemplis intellegetur. Apud Livium deest verbum movendi uno loco. (Wulsch. p. 13.)

Sed iam enumerabo omnes locos huc pertinentes ac primum quidem aferam

α) terrarum populorumque nomina, quibuscum „per“ ita coniunctum legitur. Non mirum est, quod „per“ populorum nominibus adiungitur, nam omnibus temporibus usitatum fuit populorum nomina pro terris, quas illi incolunt, poni. Ceterum est monendum apud Livium haec ita tantum usurpata inveniri, ut populi nomen pro terra ponatur, nisi existat nomen terrae. (Wulsch. p. 17.) Apud Ammianum autem hic usus ita amplificatur, ut etiam pro urbium nominibus populi usurpentur. Velut legimus saepe „Parisii“ (Paris), „Vangiones“ (Worms), „Nemetae“ (Speier) aliaque.

XIV, 7, 19 qui p. minorem Armeniam lapsus Constantinopolim petit. XV, 10, 11 Hannibal p. Tricasinos et oram ad saltus venit. 11, 17 Rhodanus p. Sapaudiam fertur et Sequanos. XVI, 12, 16 imperatore urgente p. Raetias. XX,

4, 11 placuit p. Parisios omnes transire. Pro „homines“ quod est in codicibus, a Gardthauseno emendatum est „omnes“, quod accipere non dubitavi, nam „homines“ quod pro subiecto accipiendum esset, aptum sensum non praebet. XXII, 8, 29 Sauromatae, p. quos amnes fluunt. 15, 10 nullis p. Aegyptum aquis externis adiutus eiectatur. XXIII, 3, 1 ducentes . . . viae . . . laeva p. Adiabenam et Tigrudem, dextra p. Assyrios et Euphraten. 3, 5 p. Corduenam et Moxoenam sibi concurrent. 5, 16 qui p. Albanos et Massagetas vidi Caspios lacus. 6, 41 amnes multi p. eam (Persidem) influunt sinum. XXIV, 8, 4 utrum nos p. Assyriam reverti censerent. XXV, 4, 13 exhortatum eum militem p. tepentem Assyriam traxisse. XXVI, 7, 9 transeuntes p. Thracias turmae. 7, 12 unum (aditum) p. ripensem Daciam, alterum p. Succos notissimum, tertium p. Macedonas. 7, 13 Valens revertens p. Gallo-graeciam. XXVIII, 5, 15 Almaannos adgressus p. Raetias Theodosius.

Haec sunt omnia eaque pro magnitudine operis non multa exempla, in quibus „per“ terrarum nominibus sensu originali adjunctum conspicitur. Multo frequentiores sunt ii loci, ubi

$\beta$ ) „per“ eadem ratione cum aliorum locorum nominibus conectitur. His locis notio praepositionis eadem est, atque supra, nisi quod variis vocabulis, quibuscum „per“ coniungitur, efficitur, ut interdum idem valeat ac nostra vocabula, quae sunt „darüberhin, längs, vorbei“. Praeterea moneo „per“ hic saepe confundi cum nudo ablativo, id quod non mirum est, cum „per“ significet transitum h. e. viam, qua quis it, ut perveniat ad aliquem locum.

XIV, 2, 6 periculose p. prona discedunt. Occasione data moneo adiectiva et participia neutri generis et singulare et plurali numero saepissime ab Ammiano pro substantivis usurpari et cum praepositionibus coniungi. 2, 9 p. flexuosas semitas ad summitates collum evadent. 2, 19 frumenta vehebant p. flumen. 3, 4 invadere parans p. solitudines Aboraeque amnis herbidas ripas. 6, 16 p. ampla spatia urbis subversasque silices properantes. 7, 16 pra-

cipitem p. scalas funibus constrinxerunt. 11, 10 p. spatium mille passuum antegressus est. XV, 2, 7 p. Constantinopolim transeuntem viderat fratrem. 4, 2 p. cataractas funditur Nilus. Hic „per“ in codicibus omissum addendum esse appareat. Verba antecedentia, in quibus alterum „per“ latere videtur, ita sunt corrupta, ut certa emendatio reperiri nequeat. 5, 23 eum de se metuens quisque p. longa spatia deducebat. 10, 4 p. diruptas utrimque angustias et lacunas latebrosas descendentes. 10, 11 p. Druentiam flumen regiones occupavit Etruscas. 11, 18 Rhodanus spumeus Gallico mari concorporatur p. patulum sinum. XVI, 2, 3 p. Sedelaucum et Coram iri debere. Pro verbis antecedentibus „per Arbor . . . quibusdam“ emendatio apta nondum est reperta; neque enim emendatio est habenda, quod Castellus coniecit: per Arborosam. 2, 4 Silvanum p. compendiosas vias, verum suspectas transiisse. 2, 9 p. Decempagos Alamannam aggredi plebem. 10, 20 p. Tridentum iter festinavit. 11, 5 sciens p. ea (itinera) erupturos grassatores. 11, 6 qui p. eos tramites exiere. — qui p. vallum Barbationis transiere securi. 11, 9 qui incedendo p. brevia ad insulam venere. 12, 38 consorte quodam p. cervicem equi labentis pondere armorum oppresso; ad „per cervicem“ supplendum est „lapso“ 12, 51 p. diversos tramites egredi festinabant. XVII, 1, 9 p. anfractus longos et asperos ultra progredi. 2, 1 Remos p. Agrippinam petens et Juliacum. 4, 13 quo convecto p. alveum Nili. 4, 14 p. maria fluentaque Tibridis defertur in vicum Alexandri. 4, 15 in arduum p. inane potentus. In codicibus est scriptum „id p. arduum inane,“ pro quo inepte dicto — nam „inane“ appellari non potest „arduum“ — Eyssenhardtius facili mutatione scripsit „in arduum p. inane“ 8, 4 Severo duce misso p. ripam. 10, 6 p. circuitus longos et flexuosos ventum est ad loca. 12, 9 p. notos calles evasit. Gardthausenus „colles,“ quod in codicibus legitur, mutavit in „calles,“ quod mihi quoque aptius dictum videtur. 13, 17 p. abdita ducti velites . . . occuparunt. XVIII, 2, 7 p. pontem transiri debere. 2, 10 hostes p. contrarias ripas leniter incedentes. 2, 12 decurrere iubentur p. flumen. 2, 14 miles p. Hortarii regna transibat intacta. 2, 15 p. medium rebellium solum grassa-

batur. 6, 21 p. avios montes angustiasque praecipites veni.  
 7, 2 p. loca deserta et sola magno necessitatis ducente solacio.  
 7, 8 p. valles gramineas incedebant. 7, 10 ut p. longiorem  
 circumitum castra duo praesidiaria peterentur. 10, 1 p. Horen  
 et Meiacarire et Charcha ut transiturus Amidam. XIX, 3, 1  
 ut p. imos pedes montium occultis itineribus properarent.  
 8, 7 p. avia saltusque membratim disceptus. Ad „p. av. s.“  
 supplendum est „raptus.“ 8, 12 p. dumeta et silvas montes  
 petimus. 9, 4 familiarem p. Izalam montem introire Nisi-  
 bin dimisit. 9, 5 p. saltuosos tramites et fructecta Nisibin  
 ingressus. XX, 7, 10 quorum assiduitate p. proclive laben-  
 tium machinae haerebant. 9, 1 transfretati p. Bosporum.  
 10, 3 reversus p. flumen. — p. Besantionem abscessit. 11, 4  
 p. Melitenam et Lacotena et Samosata Edessam venit.  
 XXI, 7, 2 p. mare notarium misit Gaudentium. 7, 7 p. Caper-  
 sanam Edessam petit. 8, 2 prefecturus p. Marcianas silvas  
 viasque iunctas Histri fluminis ripis. 8, 3 p. itinera Italiae  
 nota quosdam properaturos misit, alios p. mediterranea  
 Raetiarum. 9, 2 p. alveum ferebatur. 12, 2 Jovinum venientem  
 p. Alpes. — milites p. idem oppidum transeuntes. 12, 9. qui  
 transiere p. pontes. 12, 11 quos morte p. impedita suffugia  
 velocitas exemerat pedum. 15, 2 petit p. vias difficiles Mobs-  
 surenas. XXII, 7, 10 p. quas (regiones) in mare Phasis  
 accipitur. 8, 4 p. Achillis Aiacisque sepulcra Dardanum con-  
 tingit; h. e. mare Aegaeum praeterfluens per Ach. Aiac. sep.  
 Dardan. cont. 8, 7 p. Chalcedona et Chrysopolim et stationes  
 transit obscuras. 8, 13 p. eos (Bosporos) Inachi filia ad mare  
 Jonium permeavit. 8, 14 p. quae litora fluvii funduntur in  
 maria. 8, 27 qui (Tanais) p. sinuosos labitur circumflexus.  
 8, 30 p. Panticapes angustias undarum magnitudo prorumpit.  
 9, 5 p. Nicaeam venit ad Gallograeciae fines. 11, 7 cum  
 transiret p. speciosum Genii templum. 12, 6 umeris impositi  
 transeuntium p. plateas. 15, 10 means p. ostia septem (Nilus).  
 16, 9 cum p. pandas oras et patulas harenarum inlisa  
 glutinosae mollitiaefrangerentur (naves). XXIII, 2, 5 p.  
 compendiariam viam Tarsum reversurum. 3, 6 exitu simu-  
 lato p. Tigrim. Non facio cum Gardthauseno, qui, „Tigrim,“  
 quod est in libris manuscriptis, mutavit in „Tigridem;“ nam

utraque accusativi formatione et „Tigridem“ et „Tigrim“ utitur Ammianus; ut legitur „Tigrim“ XIX, 5, 4 et XX, 8, 1; „Tigridem“ XXI, 13, 2; XXIII, 3, 1. 3, 5. 6, 20; XXIV, 5, 3. 6, 1. — 3, 8 p. supercilia riparum gradiens. 5, 4 ut p. navalem Aborae pontem transirent. 6, 25 qui (Euphrates) tripertitus navigabilis p. omnes est rivos. 6, 43 a cuius finibus p. Caspia litora adusque portarum angustias stadia quadraginta numerantur et mille. 6, 59 qui p. iuga vallesque praecipites fluvii decurrentes paludem efficiunt. XXIV, 1, 2 cornu laevum ducendum p. plana camporum et mollia. 1, 4 classis p. flumen ferebatur. 4, 8 pars p. silvarum densa, alii p. paludes vicinas dilabuntur. 6, 7 milites p. voraginosum amnem velocitatem comitati sunt navium. 8, 2 reverti debere p. loca, qua venimus. XXV, 8, 18 p. cuniculum evasisse cum aliis. XXVI, 7, 12 obstruxit tres aditus angustissimos, p. quos provinciae temptantur arctoae. 8, 3 p. Sunonensem lacum et fluminis Galli sinuosos anfractus propere discedendo. 8, 9 missilium ictus p. decursus cadentium labiles. 8, 12 quos p. devia Phrygiae miserat Valens. 10, 4 Aequitius dicens per Succos. 10, 17 marini fremitus consurgunt perque vada ferventia insulis inlisi aedificia complanarunt. XXVII, 2, 8 p. aperta camporum sequebatur et mollia. 2, 9 quos ipse p. iter aliud miserat. 5, 6 p. Novidunum perrupto barbarico Greuthungos adgressus est. 9, 6 per angustum quandam transiens anfractum. 10, 7 p. regiones longo itu porrectas sensim gradiens miles. 10, 11 p. ignota et palustres uligines tendens. 10, 12 p. hirta dumis et aspera erepsit. XXIX, 5, 7 cum animo versans, qua via p. exustas caloribus terras duceret militem. 5, 25 p. Ancorarium montem Mazicas invasit. 5, 50 Jesalenses p. tramites adortus obliquos. — p. Caesariensis Mauretaniae oppida reversus Sitifim. XXX, 1, 12 ut transiturus p. utramvis (viam) caperetur. 1, 13 p. posterulam tramitem excedens. 1, 15 rex ipse cum suis dumeta, per quae venit relegate eo rursus monstranteque hispidam callem — evolavit (Gardth.). Hic locus corruptissime legitur in codice Vaticano: venat relegate & rursus monstrante quae hispidam . . . Editores omnes Gardthauseno excepto receperunt Gelenii lectionem: rex ipse cum suis dumeta, per quae viator

venerat, relegens, eo rursus monstrante, per hispidam — evolavit. Quae scriptura quamquam sensum haud ineptum praebet, tamen postponenda videtur Gardthauseni conjecturae, quam supra attuli. Nam primum relegendi vox aptius ad viatorem, qui modo dumeta percurrit, refertur quam ad regem; deinde „rurus“ quid sibi velit facilius intelligitur, si trahimus ad relegendi verbum, id quod fieri non potest, si scribimus, „relegens, eo rurus monstrante.“ Pleonasmus autem, qui fit verbis „rurus relegere,“ miri habet nihil, nam saepe legitur „rurus redire“ vel „retro redire.“ Tum in Gelenii scriptura desideratur, quid tandem viator monstraverit. Postremo, id quod summi est momenti, Gardthauseni conjectura propius accedit ad verba codicis Vaticani quam Gelenii. Id tantum in Gardthauseni emendatione aegre fertur, quod „viator“ vox, ad quam est referendum „eo,“ satis longe distat. 5, 1 p. nota itinera contendebat. 5, 13 p. partem aliam transiit in Quados. 7, 3 hospitio dicebatur suscepisse Magnentium, p. agrum suum festinantem. XXXI, 7, 10 quo p. proclive obvios impetu convergent acriore. 9, 2 p. montum celsa silvarumque densitates ad Illyricum reddit. 10, 20 Gratianus digressus p. castra, p. Lauriacum ad opitulandum ire tendebat. 11, 6 p. idem flumen ad Martis castra descendit. 12, 2 p. quae (itinera) commeatus necessarii portabantur. 15, 13 contrusis p. pronum saxis et columnarum fragmentis et cylindris. 16, 2 p. nemerosa et devia currebant.

γ) Jam afferam ea exempla, in quibus „per“ usurpatur de rebus, quae aliquem locum permeandum explet ideoque penetrandae sunt. (Hand. Turs. IV, 430-2.) Ratio, quae ex eiusmodi exemplis cognoscitur, eadem est quam iam ex partibus antecedentibus intelleximus; neque ideo hic originalis praepositionis vis amplificata conspicitur et vix est, cur hos locos ab illis separemus. Servavi tamen Henselli et Wulschii dispositionem, ut haec exempla magis in oculos cadant.

XIV, 1, 3 socrus p. palatii pseudothyrum introducta. 1, 6 homines quidam latenter intromissi p. posticas. 7, 4 quam Constantina p. regiae ianuas emisit in publicum. 9, 3 reginae exertantis aurem p. aulaeum. XVI, 12, 58 rex Chonodomarius lapsus p. funerum strues. 12, 63 mortuorum

acervi p. undas fluminis ferebantur. XVII, 4, 14 obeliscus tractus lenius p. Ostiensem portam piscinamque publicam. 7, 12 p. eas (rimas) vehementi spiritu quassatam (terram) cieri propriis sedibus. „Per eas“ coniungendum est cum voce „spiritu,“ ubi facile suppletur „transeunte“ XVIII, 8, 13 p. posticam ingressus. XIX, 1, 9 p. acervos caesorum et scaturigines sanguinis aegre defensum extrahitur corpus. 5, 4 p. radices montis scalae ducebant. 5, 5 p. has tenebras transfuga quodam ductante. XX, 11, 17 quae (tela) p. tegumenta turrium volitantia labebantur. 11, 28 p. quas (aspergines) móritur radiorum splendor. Haec verba quid sibi velint facile intellegitur, si ad „per quas“ mente apponimus „transiens:“ ·splendor, qui, priusquam in oculos consipientium cadat, aspergines per rumpat necesse est, extinguitur, languescit. XXI, 12, 13 qui erumpebant p. posticas. XXII, 8, 14 p. has saxorum de hiscentium concursantiumque crebritates si etiam ales inter volasset. 10, 5 ut expeditius p. lutum incedat. 15, 12 cum sol p. cancri sidus coepert vehi. 15, 26 quas aves p. rostra edere fetus accepimus. XXIII, 4, 4 quos inter (axes) p. cavernas funes colligantur robusti. XXIV, 4, 4 p. latentem oppidi portam Persae decem armati degressi. 4, 23 in aede, p. quam in lucem prodierant. XXV, 1, 12 qua p. cavernas minutus visitur, vel p. supremitates narium angusti spiritus emittuntur. 1, 15 ne reversum (animal) p. suos sterneret plebem. 2, 3 vidi speciem Genii p. aulaea tristius discedentem. XXVI, 6, 15 simulacrum quoddam insigne p. aulaeum vel mimicam cavillationem subito emersum. XXVII, 1, 4 Severianum missili telo p. os fixum. 10, 11 p. labilem limum incitato iumento digressus. XXVIII, 4, 18 si p. foramen umbraculi pensilis radiolus irruperit solis. XXIX, 5, 35 gentibus, p. quas transibat dux, adposuit praefectos. XXX, 5, 17 p. portam voluit exire. — p. aliam egressus est portam. XXXI, 6, 7 pueri p. parentum cadavera tracti sunt. 7, 14 quorundam capita p. medium frontis et verticis mucrone distincta. 13, 16 quidam p. fenestram lapsus.

### b. De locali praepositionis notione amplificata.

Ex iis exemplis, quae adhuc perlustravimus, manifesto intellectum esse puto, quae sit genuina praepositionis vis.

Quae paulo tantum amplificata conspicitur in iis exemplis, quibus significatur non tam transiri per aliquem locum quam discurri aut in diversis loci partibus aliquid diffundi, id quod nos dicimus: Verbreitung über einen Raum vel innerhalb eines Raumes.

Multò magis recedit praepositio a genuina potestate iis locis, ubi idem fere valet, quod praepositio in cum abl., nisi quod apponitur maiorum fere locorum nominibus. Exempla autem hoc referenda ita disposui, ut primum disseram de verbis certae significationis diffundendi et porrigendi, deinde afferam eos locos, ubi „fama“ vox cum eiusmodi verbis coniungitur, tum dicam de aliis verbis non certae significationis diffundendi, denique afferam ea exempla, in quibus praepositio proxime ad praepositionis in potestatem accedit. Ac primum

α) agitur de iis exemplis, quae conformata cum verbis certae significationis diffundendi vel porrigendi denotant rem in diversis regionis partibus diffundi vel per totam regionem porrigi. Verba affero per litterarum ordinem.

bipertitus: XXXI, 2, 17 bipertiti p. utramque mundi plagam Halani. „Bipertiti“ Gardthausenus pulcherrime coniecit pro „ibi pertiti,“ quod legitur in Vaticano codice.

circumfero: XXII, 16, 19 p. mundum omnem inveniet mathemata huius modi ab Aegypto circumlata.

circumfundō, diffundo, effundo, fundō. XXIV, 2, 19 circumfusi p. turres ac moenium minas. XXXI, 4, 8 innumerae gentium multitūdines p. provincias circumfusae. XIV, 2, 8 milite p. omnia diffuso propinqua. 8, 8 Syria p. speciosam diffusa planitiem. XV, 7, 5 vulgus p. varia urbis membra diffusum. XVII, 13, 22 pars maior diffusa p. spatia ampla. XIX, 11, 4 exercitu diffuso p. Histri fluminis margines. XXI, 8, 3 diffusi p. varia. XXIII, 6, 15 quae (Assyria) p. populos pagosque amplos diffusa. XXV, 1, 5 equitatus p. patulas valles late diffusus. 4, 25 diffusis p. nostra Germanis. 7, 2 diffusum militem p. provincias colligi posse. XXVI, 6, 18 p. artus tremore diffuso. 8, 6 militibus p. orientem diffusis. XXVII, 2, 1 diffusos p. varia barbaros. XXXI, 2, 16 Halani diffusi p. populosas gentes et amplas. 7, 7 p. diversa prope diffusas accivere vasta-

torias manus. XIV, 2, 2 in somnum p. ancoralia effusos. „Effusos“ hic duplici ratione dictum legitur, nam refertur et ad „in somnum“ significans „hingegeben“, et ad „per ancoralia“ sensu diffundendi. Simplex verbum fundendi ipsum semel hoc sensu legi, quod exemplum, quippe in quo „fama“ vox reperiatur, infra sub  $\beta$  afferam.

compono, dispono, pono: XXI, 12, 7 compositis p. oportuna tormentis. XIV, 2, 5 milites p. municipia plurima dispositos et castella. Cetera exempla cum verbo disponendi conformata afferam sub  $\delta$ , quippe in quibus hoc verbum diffundendi notionem plane amiserit. XVI, 10 14 p. adclivitates planitiemque posita urbis membra conlustrans.

conspingo, dispergo, spargo: XVII, 13, 19 sequi p. diversa conspersos. XVI, 11, 15 milite disperso p. stationes hibernas. XVII, 10, 10 disperso p. stationes milite. XXI, 12, 22 dispersum p. Thracias militem. XXII, 7, 7 quos p. supercilia Histri dispersos audiebat. 8, 12 p. haec amplissima spatia oppida sunt dispersa Graecorum. XXIII, 2, 3 dispersi p. stationes varias. 6, 39 p. haec loca civitates dispersae sunt plures. 6, 61 p. intervalla dispersi sunt longa. XXIV, 1, 6 navibus p. oportuna dispersis. XXVII, 8, 10 multos p. diversa dispersos. XXVIII, 6 12 militi disperso p. Africam. XXIX, 6, 9 p. omnia propinqua dispersa formidine. XXXI, 6, 5 p. Thraciarum latus omne dispersi. 10, 9 milites p. calles dispersi. 13, 8 omnes dispersi p. ignotos tramites. 16, 8 Gothos dispersos p. varias civitates et castra. XV, 4, 8 plerique p. angustas semitas sparsi. XVI, 11, 8 occupatis insulis sparsis crebro p. flumen Rhenum. XIX, 4, 1 sparsorum p. vias cadaverum multitudo. XXVII, 11, 1 p. quem universum (orbem) paene patrimonia sparsa possedit. XXVIII, 3, 6 formidine sparsa p. multos. XXX, 6, 4 eos p. varia sparserat.

diduco: XVI, 10, 8 quos circuli ambiebant p. omnia membra diducti. XXII, 8, 33 a quibus p. varia regna diducti itineribus modicis Tauri dissociantur.

diffluo: XXXI, 3, 3 amnem Danastium inter Histrum et Borysthenem p. camporum ampla spatia diffluentem.

diffundito: XVIII, 5, 6 pretium p. potiores diffundit domos.

dilator: XIV, 9, 8 quaestione p. multiplices dilatata fortunas.

disicio: XXXI, 12, 12 disiectis adhuc p. itinera plurimis.

distribuo: XIV, 10, 5 quo (aurum) p. turbulentos concitores distributo. XVI, 4, 1 Gentiles p. municipia distributos. XVIII, 5, 2 parte maxima p. Illyricum distributa.

distringo: XXIV, 7, 6 cum armatorum nulli p. diversa distingrerentur.

expando, pando: XXIII, 6, 41 p. tractus meridianos expansa Persis habitatur. XXIV, 2, 10 p. propugnacula ciliciis undique laxius pansi. XXXI, 8, 6 vastabundi omnes p. latitudines Thraciae pandebantur impune.

explicare: XXII, 7, 10 timore p. finitimos longeque distantes latius explicato.

loco: XIV, 1, 1 milite locato p. stationes hibernas. 11, 15 sui fiducia abunde p. stationes locati confines. XXVII, 10, 11 insidiatrixis manus locatae p. obliqua subito oppetisset accursu. XXIX, 6, 16 ne insidias p. silvarum locaret occulta.

pertineo: XXIV, 3, 12 arbores palmarum p. spatia ampla adusque Messenen pertinent.

porrigo: XXIX, 5, 37 tumulos p. anfracta undique spatia in sublime porrectos.

praetendo, protendo, tendo: XXII, 8, 44 Danubius p. latiorem orbem praetentus. XXIII, 6, 74 mare praetentum p. borium latus adusque memoratas angustias. XIV, 8, 11 Palaestina p. intervalla magna protenta. XXVII, 4, 7 p. dextrum latus scopuli tenduntur Rhodopes.

Adiungo verba palandi aliaque eiusdem significationis.

palari: XIV, 1, 9 p. tabernas palabatur et compita. XVI, 2, 2 p. diversa palantes barbaros. XIX, 11, 5 quam ob rem palarentur p. varia. Hic „per“ in codicibus deest, sed recte haud dubie additum est a Muellero (Fleck. J. f. Phil. 107 p. 345); nam verborum coniunctio „per diversa“ vel „per varia palari“ et „vagari“ ab Ammiano valde est adamata, ut ex compluribus huius partis exemplis cognoscitur. Wagnerus ipse, qui, „varii“ in textum recepit, demonstrat alias legi „per varia, per diversa.“ XXII, 8, 42 residuae omnes palantes p. solitudines vastas. XXVI, 10, 17 licenter p. exigua undarum reli-

quias palantibus plurimis. XXVII, 9, 7 latrones palantes p. varia. XXXI, 2, 15 Anthropophagos palari accepimus p. diversa.

vagari: XXIII, 5, 2 ne vagarentur p. Syriam Persae. Pro „ne vagarentur“ exstat in libris manuscriptis „e (est) documento,“ quod sensum non praebet. In editione Gelenii, quem nonnunquam genuinam lectionem servasse constat, legitur „ne vagarentur,“ quod ab omnibus editoribus est receptum, optimo iure, ut mihi quidem videtur. At Kiesslingius (con. Ammian. ind. schol. aest. Gryphisw. 1874. p. 6) pro „ne vagarentur,“ quod, quamvis sententiae satisfaciat, nimis a librorum scriptura recedat, facilius emendare se posse putat „ne discurrerent.“ Profecto, proprius accedit haec coniectura ad litteras servatas; tamen scriptura Gelenii mihi praferenda videtur. XXVII, 8, 5 Attacotti et Scotti p. diversa vagantes. XXXI, 4, 2 p. omne multitudinem barbarem vagari. 5, 17 vagati p. Epirum Thessalianque et omnem Graeciam licentius hostes. 10, 21 ne p. septentrionales provincias fusius vagarentur.

Huc etiam refero exempla conformata cum verbo versandi, quod a palandi significatione vix distat. XIV, 7, 21 bonorum ubique multatio versabatur p. orientales provincias. XXXI, 13, 12 hostium paucis p. ea loca diu versatis. Semel legitur ita activum cum „per“ coniunctum. XVI, 1, 1 haec p. orbem Romanum fatorum ordine contexto versante.

Hic locus mihi videtur esse aptissimum, quo pauca exempla, in quibus „per“ pendet ab adiectivis idem significantibus, quod verba modo enumerata, afferam.

longus: XV, 4, 3 lacum p. quadringenta et sexaginta stadia longum. „Longus“ hic idem fere significat, quod participium „protensus“ vel „porrectus.“

patulus: XV, 10, 5 patulae valles p. spatia plana.

Jam transeo ad tertium genus,

y) quo complectar omnia ea exempla, quibus indicatur rumorem vel famam p. aliquem locum diffundi aut aliquam rem rumore vel fama differri: Haec exempla, quae non distant a ratione modo enumeratorum, idcirco separatim profero; quod non omnia componuntur cum verbis certae significationis diffundendi, sed cum variis verbis.

XIV, 10, 14 gloriae gradus, quos fama p. plagarum quoque accolas extimarum diffundit. XV, 5, 24 ante adlapsum p. Italicos ullum rumorem. XVIII, 6, 3 credimus p. aeros tramites famam praepetem volitare. XX, 4, 1 quas (virtutes) p. ora gentium diversarum fama celebrior effundebat. XXI, 9, 3 fama p. Illyrios omnes celebrior fundebatur. XXV, 8, 13 fama p. provincias volitabat et gentes. XXIX, 6, 6 disseminatus rumor p. diversa. XXXI, 3, 8 fama late serpente p. Gothorum reliquas gentes.

Nunc commemorandi sunt ii loci,

δ) quibus praepositio eandem vim ac supra habens cum vocabulis variae significationis coniungitur.

Ac primum ea verba per litterarum ordinem afferam, quae saepius reperiuntur.

digredi: XXVII, 9, 6 globatim p. vicina digressi praedones. XXXI, 16, 7 barbari digressi sunt effusorie p. arctoas provincias.

discurrere: XIV, 6, 16 matronae p. latera civitatis cuncta discurrunt. 11, 26 Nemesis p. elementa discurrens. XVI, 3, 3 exercitui p. varia discursuro. XVII, 12, 3 p. spatia discurrunt amplissima. XIX, 13, 1 p. rupes et dumeta discurrentes. XX, 6, 2 p. turres discurrebant et minas. XXI, 16, 18 catervis antistium ultro citroque discurrentibus p. synodos. XXIII, 5, 25 eo p. ordines discurrente. 6, 26 fluvii multi p. haec loca discurrunt. XXIV, 4, 9 ipsi p. varia discurrentes. 6, 9 ipse p. prima postremaque discurrens. XXV, 5, 5 p. agmina discurrebat. XXVI, 3, 5 discurrens p. silices. XXVIII, 3, 8 ultro citroque p. longa spatia discurrentes Verba „p. long. sp.“ scripta sunt in codice Vaticano, omissa in editione Gelenii; Sed cum sensum huius loci non perturbent, non est, cur eiiciamus. XXIX, 5, 41 p. saxa et rupes discurrere. XXX, 4, 14 p. angulos civitatum discurrunt.

His exemplis adiungo duo, in quibus substantivum „discursus“ ita legitur.

XXIII, 6, 11 cuius p. oras omnes oppidorum est densitas et vicorum naviumque crebri discursus. In priore huius exempli parte „per“ idem valet atque „in.“ XXIV, 1, 13 licentiores militum p. longinqua discursus.

**errare:** XIV, 4, 3 errant p. spatia longe lateque distenta. XXVII, 5, 4 p. plana camporum errantes.

**grassari:** XVI, 8, 11 materia p. vicinitates late grassandi. XXIII, 6, 7 ducum superbia licenter grassantium p. longinqua. XXIV, 2, 4 Malechus p. nostros limites diu grassatus. XXVI, 10, 9 quaestiones p. fortunas omnes et ordines grassabantur. 10, 15 horrendi terrores p. omnem orbis ambitum grassati sunt. XXX, 2, 11 dirae luis ritu grassari p. omnia. XXXI, 5, 9 hostes p. varia grassabantur.

**raptare:** XIV, 4, 3 Saraceni p. diversa se raptantes. In libris scriptum est „reptantes,“ quod quin corruptum sit, dubitari nequit. Nam recte ostendit Gardthausenus (con. Ammian. p. 3) de Saracenis, quorum apud Romanos nota erat celeritas atque formidata, reptare verbum usurpari non posse, praeterquam quod haec verba „p. div. reptantes“ ne in ea quidem quadrant, quae antecedunt. Itaque coniecit ille „se raptantes,“ neque est, cur hanc conjecturam exemplis satis confirmatam improbemus et Kellerbaueri „palantes“ praferamus. 7, 16 eosque coniunctos p. ampla spatia civitatis acri raptavere discrusu.

**volitare:** XVI, 12, 15 Romanis p. transrhena spatia fusius volitantibus. XXVI, 1, 1 individua illa corpuscula volitantia p. inane. XXX, 4, 8 genera hominum p. fora omnia volitantium.

Reliqua exempla afferam per librorum ordinem.

• XIV, 1, 6 ut homines quidam ignoti ad colligendos rumores p. Antiochiae latera cuncta destinarentur. 7, 19 p. militares numeros immodice scrutabatur. XV, 11, 7 numerantur provinciae p. omnem ambitum Galliarum. XVIII, 6, 9 micantes ignes p. Castra Maurorum et Sisara et conlimitia reliqua adusque civitatem continui perlucebant. XIX, 11, 17 quem constabat p. extenta spatia signa moturum. XXI, 6, 6 indictis p. provincias tirociniis, XXII, 8, 3 p. quas (convalles) Hebrus sibi miscetur scl. discurrens. 8, 44 Danubius septem ostiis p. hoc Scythicum litus erumpit in mare. Comprobo „litus“ a Gardthauseno facilis mutatione scriptum pro „latus,“ quod legitur in codicibus. 11, 9 inicctis p. crura funibus. 15, 7 Nilus p. supina camporum speciem exhibet maris.

16, 15 Alexandria inter initia prima aucta p. spatiuosos ambitus. „Aucta“ hic idem fere significat, quod „expansa“ XXIII, 2, 2 missa p. militares numeros expeditionali tessera. 6, 26 fluvii multi p. harenosas angustias aequoream multitudinem inundantes. XXV, 1, 12 catervae p. singula membra densis lammis tectae. 2, 2 quicquid postulabatur, p. contubernia paupertina egessit. XXVI, 4, 5 p. universum orbem Romanum bellicum canentibus bucinis. XXVII, 10, 9 montem occupavere praecelsum, p. confragosos colles undique praeruptum et invium. XXVIII, 1, 1 saeviens p. urbem aeternam urebat cuncta Bellona. XXXI, 2, 18 quae (plaustra) p. solitudines conferunt sine fine distentas. 8, 9 barbari p. spatiorum amplitudines fusius incitati. 10, 12 abruptis p. ambitum rupibus insistentes. 12, 3 barbari metuentes eruptionem p. devia.

His exemplis adiungo pauca, in quibus praepositio distributivam quandam significationem habet, ita tamen ut localis vis ipsa amplificata conspici possit. XIX, 1, 10 omnes p. contubernia et manipulos epulis indulgebant. XXIII, 6, 33 quae illi p. suam quisque progeniem posteris aetatibus tradunt. XXVII, 7, 7 ternos p. ordines urbium interfici plurimarum. XXXI, 10, 13 p. legiones singulas quingenteni leguntur armati. 11, 2 cum trecentenis militibus p. singulos numeros lectis. (De usu Liviano cf. Wulsch. p. 35.)

Ut hanc partem, qua agitur de amplificata praepositionis vi locali, absolvam, restat, ut afferam

ε) ea exempla, in quibus „per“ omnino non aut non multum differt ab „in c. abl.“ praepositionis vi; qui usus iam apud Plautum haud ita raro reperitur. Apud Ciceronem ipsum aliosque illius aetatis scriptores exempla exstant, quae hoc referantur. Inde a Livio haec praepositionis ratio latius manat et apud Ammianum in immensum extenditur, ita tamen, ut maiorum fere locorum nominibus „per“ apponatur et indicet aut ampliorem locum aut totam regionem aut complures eius partes. Eundem autem sine ullo fere discrimine usurpasse „per“ et „in“ ex eo appareat, quod in iisdem sententiis modo „in“ praepositio modo „per“ adhibetur, quamquam non legi huius generis exempla, in quibus duorum locorum nomina arte inter se coniuncta compo-

nantur alterum cum „per,“ alterum cum „in“ praepositione, ut saepius apud Tacitum. (Cf. Hensell. p. 21.) Sed iam numero

1) ea exempla, in quibus „per“ ita terrarum nominibus adiunctum legitur. XXII, 11, 1 Gaudentius, quem opponendum p. Africam missum diximus. „P. Afr.“ coniungendum est cum „opponendum.“ XXVIII, 6, 5 praesidium imploravere Romani comitis p. A. recens provecti. XXX, 7, 3 comes praefuit rei castrensi p. A. XXXI, 3, 5 Munderrichum ducem limitis p. Arabiam. XXX, 2, 1 haec p. Armenia gesta sunt. XVI, 1, 2 res, quas p. Gallias correxit. 6, 1 haec p. G. agebantur. 10, 1 haec dum p. Eoas partes et G. disponuntur. XVII, 5, 1 cum universa p. G. disponerentur. 9, 7 a Gaudentio notario diu morato p. G. XX, 6, 1 haec dum p. G. agerentur. 11, 1 hic p. G. erat ordo gestorum. XXI, 7, 2 quem exploratorem actuum Juliani p. G. fuisse praestinximus. 9, 3 strata p. G. multitudo regum et gentium. XXIII, 1, 1 adscito Sallustio praefecto p. G. XXV, 8, 11 Jovino armorum magistro p. G. XXVI, 5, 2 Jovinus promotus a Juliano p. G. magister armorum. XXVII, 4, 1 dum aguntur ante dicta p. G. et Italianam. XXVIII, 2, 10 haec inter p. Gallias. In codice Vaticano legitur „Gallia,“ quod haud dubie mutandum est in „Gallias,“ ut Gardthausenus fecit; neque enim exstat usquam apud Ammianum huius vocis numerus singularis, quem, scil. Galliam, reliqui editores receperunt. Praeterea autem totus sentiarum conexus postulat, ut post „Gallias“ comma ponatur cum Gardthauseno, ita ut verba „haec inter p. Gall.“ per se legantur; nam si verba „per Gall.“ cum sequentibus coniungimus, existimet quispiam „haec inter“ verba esse referenda ad res in alia terra atque in Galliis gestas, id quod non ita est. XXX, 4, 1 haec p. G. et latus agebantur arctoum. XXXI, 10, 20 dispositis, quae p. G. res rationesque poscebant. XXV, 9, 8 in animo p. G. et Illyricum versat quosdam saepe sublimiora cooptasse. „Per“ omissum in codicibus et editionibus priscis recte est receptum inde a Valesio. Neque enim sunt accipienda verba „Gall. et Ill.“ pro obiecto verbi „versat,“ sed coniungenda sunt cum verbis sequentibus „quosdam —

coeptasse;“ neque obstat verborum positio, nam praeterquam quod apud Ammianum permirae vocabulorum colloquationes reperiuntur, hoc ipso loco illa verba consulto anticipata videtur, ut magis premantur. XXVII, 1, 2 Charietto tunc p. utramque Germaniam comes. XIX, 11, 2 Anatolio regente tunc p. Illyricum praefecturam. XX, 1, 1 haec p. I. perque orientem rerum series fuit. XXI, 6, 5 Anatolio mortuo praefecto praetorio p. I. 12, 25 Mamertinum praefectum praetorio p. I. designavit. XXII, 1, 1 Julianus inter multa, quae p. I. agitabat. 3, 1 Jovino magistro equitum p. I. recens proiecto. XXV, 10, 9 qui male rem p. I. gessit. XXVI, 1, 4 curantem summitatem necessitatum castrensum p. I. XXIX, 6, 3 increpabat Aequitium p. I. magistrum armorum. XIV, 3, 1 eo adducta re p. Isauriam. XX, 9, 1 moras p. Italiam et Illyricum perpessi. XXI, 6, 5 Tauro praefecto praetorio p. It. XXVII, 7, 5 eminuit mors trium apparitorum potestatis vicariae p. It. XVII, 7, 1 terrae motus horrendi p. Macedonia Asiamque et Pontum oppida concusserunt. XXIX, 6, 1 dum hoc pulvere p. Mauretaniam dux ante dictus anhelat et Africam. XVIII, 5, 4 rebus p. Mesopotamiam in hunc statum deductis. XXI, 3, 5 ducatum p. Phoenicen regens. XXVI, 3, 2 Juliani agentis etiam tum p. Syrias. XXII, 8, 36 sunt quaedam p. Tauricam civitates. XXII, 7, 7 urbes p. Thracias omnes cum munimentis reparans extimis. XXVI, 6, 12 ad procinctum urgentem p. Thr. celerare. 7, 5 Julius comes p. Thr. copiis praesidens. XXIX, 1, 26 Salia thesaurofum p. Thr. comes. XXXI, 4, 9 alter p. Thr. comes. 10, 1 haec funesti p. Thr. turbines converrebant. 16, 8 comperta fatorum sorte p. Thr. „P. Thr.“ coniungendum est cum „sorte,“ non cum „comperta.“ XXVIII, 6, 12 ut gesta p. Tripolim fide congrua scrutaretur. XXVII, 3, 1 nova portenti species p. Annonariam apparuit Tusciam. XXIX, 6, 3 potestas p. Valeriam ducis.

Cum his exemplis conferantur haec: XVI, 12, 69 eo agente tunc in Italia. XXI, 16, 11 agens adhuc in Illyrico. XXVII, 7, 5 mors Dioclis ex comite largitionum Illyrici. XXX, 1, 18 agenti in Armenia Traiano. XXXI, 11, 6 dum haec aguntur in Thraciis, aliaque.

2) Non minus saepe vel potius etiam saepius quam terrarum nominibus adiungitur „per“ aliis locorum notionibus. Apud Tacitum inveniuntur praecipue „provincia“ et „domus“ substantiva, apud Ammianum persaepe „locus, regio, tractus,“ sed etiam multa alia, ut ex exemplis, quae iam afferam, cognoscetur.

XVI, 10, 14 non, ut p. alias civitates, ad arbitrium suum certamina finiri patiebatur. XXI, 10, 2 quod p. alias quoque c. ut sidus salutare susciperetur. XVI, 10, 13 p. omne latus miraculorum densitate praestriktus. XXVIII, 2, 11 tamquam horum similia agitantibus furis p. omne l. XIV, 2, 2 loca, p. quae sese occultantes, observabant. XV, 9, 8 p. haec l. viguere studia. 10, 5 ligneos stilos p. cautiora l. defigunt. XVII, 1, 6 quas (insidias) p. arta l. et latebrosa struxerant. XVIII, 7, 4 leones p. ea l. saeientes immaniter. XXII, 15, 30 quos (syringes et secessus) p. l. diversa struxerunt. XXIII, 6, 56 pecus, quod illic p. campestria l. vescitur et montana. XXVIII, 2, 1 extollens turres p. habiles locos et oportunos. Non mirum est, quod hic legimus „locos“ pro „loca,“ nam sine ullo discrimine Ammianus utitur his duabus formis. Eodem modo XXXI, 15, 6 tormenta p. locos aptata sunt habiles. XIV, 6, 6 urbs p. omnes quotquot sunt partes terrarum, ut domina suscipitur et regina. XVIII, 1, 1, haec p. orbis varias p. sunt gesta. XXIV, 8, 2 p. effusam planitiem pabulo absumpto et frugibus. XXV, 8, 6 cognito p. porrectam p. nec aquam inveniri posse nec ad victum aliquid. XXVIII, 4, 35 quae p. provincias agitavere multiplices casus. XXIX, 2, 4 inde factum est p. orientales p., ut — XXX, 7, 10 Valentinum p. has p. molientem otium turbare commune. XIX, 5, 4 ut in omnibus p. eas regiones munimentis vidimus. XX, 11, 25 luti glutinosa mollities p. eas r. pinguisimae caespitis. XXI, 9, 5 qui p. illas r. rem curabat castrensem. XXIII, 2, 8 hoc enim modo p. r. illas tales species construuntur. XXIV, 1, 13 p. r. ignotas de obscuris erat suspectior cura. XXVI, 7, 11 Aequitius p. eas r. militum rector. XXVII, 4, 14 qui p. r. praedictas montium circumcolunt altitudines. 9, 3 gestorum p. eas r. seriem explicabo. 9, 10 pondera p. r. instituit universas. XXXI, 8, 4 p. Scythiae r.

et Moesiae omnibus consumptis. XV, 8, 6 nos p. disjunctissimas terras arduae necessitates adstringunt. XVIII, 5, 1 Antoninus p. omnes illas notissimus t. 7, 5 quorum (culicum) examinibus p. eas t. referta sunt omnia. XXIII, 6, 63 quae (flumina) p. has t. vel potioribus iungit natura vel trahit in mare. XXIV, 8, 3 p. eas t. muscarum et culicum multitudine referta sunt omnia. Cum „maria“ coniunctum legitur hoc substantivum XXII, 2, 3 perque terras et maria formidatus. „Mare“ solum reperitur XXIII, 6, 47 insulas complures habet p. utrumque proximas mare. XV, 2, 2 Constantii nomine p. orientis tractus omnes abolito. XVI, 3, 1 p. quos t. nec civitas ulla visitur nec castellum. XVII, 1, 10 aequinoctio autumnali exacto p. eos t. superfusae nives opplevere montes. XX, 3, 1 p. eos t. caelum subtectum caligine cernebatur obscura. 11, 31 speratis p. avios t. insidiis. XXII, 15, 15 crocodilus ubique p. eos t. abundat. XXIII, 3, 2 quae (Luna) religiose p. eos colitur t. 5, 16 Antoni legatum strages p. hos t. innumeratas edidisse. XXVI, 9, 2 nequid inopinum p. eos emerget t. XXVII, 1, 1 cum p. glaciales t. hiemis rigidum inhorresceret sidus. 2, 11 conserta sunt proelia p. t. varios Galliarum. XXIX, 5, 46 spectatus p. eos t. XXX, 2, 9 haec p. eos agitata sunt t. 4, 8 videre est p. eos omnes t. 5, 14 p. t. conglaciari frigoribus adsuetos commoda quaerebat hiberna.

Huc etiam refero duo exempla, in quibus „per“ cum voce „natio“ ita coniunctum est, ut regio significetur: XXIII, 6, 75 p. has n. dissonas et multiplices hominum quoque diversitates sunt ut locorum. XXIX, 5, 2 Nubel velut regulus p. n. Mauricas potentissimus.

Reliqua exempla per librorum ordinem adscribam.

XIV, 8, 13 quae (castella) — sollicitudo pervigil veterum p. oportunos saltus erexit et cautos. Vaticani codicis scriptura „cautos,“ pro qua Reinesius proposuit „cautes,“ quod receptum est ab Eysenhardtio, satis defenditur usu Ammiani. Nam et „cautus“ ita usurpavit, ut sit „tutus,“ et duo adiectiva ad eiusmodi locorum notiones apponere solet. Cf. XVII, 1, 6. XXIII, 6, 56. XXVIII, 2, 1. Gardthausenus ipse, qui antea in sententia erat scripturam Reinesii unice esse veram (con. Ammian. p. 5), postea „cautos“ in textum recepit. XVI, 12, 68

quicquid p. omnem ambitum agebatur. 12, 69 nulla eius mentione p. textum longissimum facta. XVII, 1, 5 visis p. montium vertices barbaris. 1, 8 doctus p. subterranea quae-dam occulta latere plurimos. XVIII, 7, 7 p. Edessena sepulcra militari pyrrica sonantibus modulis delectabatur. 8, 2 equites praesidium p. eos traductus agentes. XIX, 12, 6 datum est negotium Modesto etiam tum p. orientem comiti. XXI, 3, 3 qui sese p. valles abdiderant. 12, 10 armatorum aliqui p. earum (turrium) fastigia interibant. XXII, 15, 8 pisces et herbae et beluae similes p. eas paludes gignuntur. 15, 16 crocodilus noctibus quiescens p. undas. XXIII, 6, 42 incertum, qua ratione p. oras maritimas nihil condiderunt insigne. Quasi praeteriens moneo indicativum „condiderunt“ nullam habere offensionem, si quidem apud Ammianum persaepe et in oratione obliqua et in aliis sententiis indicativus pro coniunctivo usur-patur. (Cf. Hassenstein. p. 37.) XXIV, 6, 3 gentiles picturas p. omnes aedium parietes ostendens. Comprobo Gardthauseni scripturam „parietes“ facili mutatione restitutam pro „partes“ quod exstat quidem in codicibus, sed sensum minus aptum praebet. XXV, 9, 5 p. omnia civitatis membra una vox cunc-torum erat gementium. Eodem modo XXVII, 3, 7 p. omnia civitatis membra nomen proprium inscribebat. 1, 1 dum p. eoum orbem haec diversi rerum expediunt casus. 11, 6 hae p. occiden-tales plagas series rerum fuere gestarum. XXVIII, 4, 29 videre licet p. fora et compita et plateas et conventicula circulos multos collectos in se controversis iurgiis ferri. XXX, 3, 3 adnitezantur omnes p. regiam optimates. XXXI, 4, 5 p. am-nem hausti sunt plures. 8, 4 cum obruerentur vigore nostrorum p. asperitates scruposas valide resistentium. 14, 4 quae (aedi-ficia) p. diversas urbes et oppida vel instauravit vel instruxit.

Adiectivorum neutra reperiuntur ita cum „per“ coniuncta his locis: XIX, 8, 1 nostriaequis viribus p. ardua resistebant. 8, 11 quo-niam inopini (Persae) p. varia visebantur. XXVII, 12, 11 p. silva-rum profunda et flexuosos colles mensibus quinque delitescentes.

### c. De locali praepositionis vi tropice adhibita.

Ex omnibus exemplis adhuc allatis cognoscitur localis praepositionis vis, sive aliquid aliquem locum percurrit sive

in aliquo loco versatur. Restat igitur, ut eos locos afferam, quibus haec praepositionis potestas quasi imagine quadam adhibita usurpat, ita ut praepositio non solum dicatur de rebus percensendis et tractandis sed etiam de iis rebus, quas aliquid attingit. (Hand. Turs. IV, 433). Hic usus occurrit et apud poetas et apud scriptores prosaicos inde a Livi aetate, praecipue apud Quintilianum. Quare mirum non est Ammianum eundem usum recepisse.

XIV, 5, 6 Paulus ferebatur p. strages multiplices ac ruinas. XXVIII, 1, 36 grassabatur p. strages multiplices fortunarum. XXIX, 3, 2 Valentianus p. asperos actus ferebatur. XXXI, 2, 12 hoc genus hominum p. rapinas finitimorum grassatum et caedes adusque Halanos pervenit. XVI, 2, 7 p. multa discrimina venit Tricasas. XXV, 3, 14 milites p. multa discrimina occupato castelli praesidio — iungi exercitu potuerunt. 8, 3 discrimine p. difficiles casus extracti. XVI, 5, 6 p. omnia philosophiae membra prudenter disputando currebat. Similiter apud Quintil. IX, 2, 48 quibus generibus p. totas interim quaestiones decurrimus. XVI, 10, 15 haerebat attonitus p. giganteos contextus circumferens mentem. XX, 4, 6 Caesar p. varias curas animum versans; cum hoc loco compares Quint. XI, 3, 176 intra se quisque vel hoc vel aliud, quod volet, p. omnes affectus verset. XXII, 16, 22 ex his fontibus p. sublimia gradiens sermonum amplitudine Jovis aemulus Platon visa Aegypto militavit sapientia gloriosa. Non comprobo conjecturam Gutschmidt, quam Gardthauseanus in textum recepit. Is enim post „his“ addidit „IHS“ h. e. „Jesus“ et retinuit codicum scripturam „non,“ pro qua Valesius scripsit „Platon.“ Evidem puto Valesii conjecturam esse praferendam; neque enim verisimile est Ammianum eiusmodi verbis usum esse de Christo, qui auctor est religionis, quam Ammianus quamquam contumeliis insectari noluit, tamen tamquam adversariam et sua infestam repudiare debebat. At egregie quadrant haec verba in Platonem, de quo ab antiquis dictum accepimus, Jovem, si graece loqui vellet, sicut Platonem esse locuturum. (Vales.) Neque vero solum ob suavitatem orationis, ut Gardthauseanus vult (con. Ammian. p. 25) Platon aemulus appellatur Jovis, sed omnino ob amplitudinem et gravi-

tatem, quam ab Aegyptiorum sacerdotibus eum didicisse Ammianus apte dicit. Tautologia autem, quae fit verbis „ex his fontibus — visa Aegypto“, non ita est gravis, praesertim cum Ammianus, qua est ubertate et amplitudine sermonis, non ex normis et regulis optimorum scriptorum sit iudicandus. — XXIII, 6, 76 apud eos p. libidines varias caritas dispersa torpescit. XXVI, 1, 1 discurrere p. negotiorum celsitudines adsuetae (historiae). Huic exemplo adiungo ea, in quibus legitur „per minutias,“ quod est constrarium illi „per celsitudines.“ XIV, 6, 25 p. m. aurigarum equorumque praecipua vel delicta scrutantes. In codice Vaticano legitur „p. minuas,“ pro quo haud dubie recte Gardthausenus scripsit „per minutias“. Itaque reicienda sunt, quae alii coniecerunt: „et prae-mia“ (Eyssenhardt. ex priscis editionibus), „per ianuas“ (Kiessling. Fleck. J. f. Phil. 103 p. 492), „pertinacius“ vel „perpensiis“ (Mueller. Fleck. J. f. Phil. 107 p. 341), „per rimas“ (Kellerbauer. Blätt. f. bayer. Gymnas. 1873 p. 81). XXIII, 6, 74 ne orae maritimae spatia aduentia Persidis extremitates p. m. demonstrantes longius aberremus. XXVII, 2, 11 nec historiam producere p. m. ignobiles decet. XXVIII, 2, 12 ne p. m. gesta narrando — operis impediam cursum. In optimo codice lacuna exstat post „narrando,“ quam certo explere non possumus, nam „saepius,“ quod Eyssenhardtius inseri vult, parum defenditur litteris servatis r . . . . . enus. XXVI, 10, 12 imperator p. suppliciorum diversitates effrenatus exultavit. XXVII, 6, 7 reputantes, quod haec . . . . non tan-tum transire voluimus p. conscientiam vestram, verum etiam . . . . XXVIII, 1, 7 Maximinus tamquam subterraneus serpens p. humiliora reptando. 1, 15 non omnia narratu sunt digna, quae p. squalidas transiere personas.

### B. De temporali praepositionis vi.

Haec vis, quomodo ex locali sit orta, facile intellegitur: motus enim per aliquem locum transfertur ad tempus idque significat spatium temporis, quod actio quaedam ad finem tendens percurrit. Vertimus „während, hindurch.“ Indicat autem praepositio non raro id tempus, intra quod aliquid fit vel in quod aliquid incidit. Vertimus „innerhalb.“ Additur

interdum „forte“ vel „fere.“ sed nunquam apud Tacitum, ut Hensellius demonstravit. (p. 27.) Per temporale, quod imprimis apponitur temporis nominibus, coniungitur etiam cum aliis, quae res certo tempore factas denotant. Primum igitur afferam

a. ea exempla, quae cum nominibus temporis  
componuntur.

XXI, 5, 4 haec Galliae posteritati p. a etatum examina commendabunt. „Per aet. ex.“ idem valet atque „per longas aetates.“ XXII, 15, 24 p. aetates exinde plures saepe huc ducti (belui) nunc inveniri nusquam possunt. XXX, 4, 6 postea p. varias aevi sequentis ae. — civilibus stipendiorum officiis floruerunt. XVI, 6, 1 haec p. eum annum agebantur. XXII, 12, 1 audiens gentem asperrimam p. sexaginta ferme a. inussisse orienti caedum monumenta saevissima. XXXI, 14, 1 cum p. a. quattuor imperasset et decem parvo minus. XXV, 1, 4 ubi p. biduum recreati discessimus. XVIII, 6, 2 nihil amiserat p. decennium. XVII, 7, 8 ni flammarum ardores p. quinque dies et noctes quicquid consumi poterat exussissent. In codicibus et in priscis editionibus legitur quinquaginta (L); hoc Gardthausenus satis probabiliter mutavit in quinque (V). Nam cum hic dicatur de ardoribus flammarum, quinquaginta numerus, quamquam de Nicomedia, Bithyniae urbe maxima dicatur, tamen multo maior est, quam ut probari possit. XXII, 15, 7 p. d. quadraginta et quinque etesiarum continuis flatibus. 15, 17 p. septem caerimoniosos d. mitescunt. 15, 31 ubi p. nonaginta d. umbrae nostris in contrarium cadunt. XXV, 10, 1 ubi p. continuos d. multa visebantur et dira. XXVIII, 2, 3 p. multos d. compaginatae formae e. roboribus. 6, 15 obsessa urbe p. octo continuos d. XXXI, 4, 12 p. hos d. Vithericus rex propinquans Histri marginibus — obsecravit imperatorem. 8, 1 nunquam p. d. septem egredi vel videri sunt ausi. XVII, 12, 1 Augusto quiescenti p. hiemem apud Sirmium. XVII, 1, 12 pacem Caesar p. decem menses tribuit intervallum. XIV, 11, 22 dictitanti eum se p. novem menses utero portasse praeganter. XXII, 15, 20 crocodilus p. quattuor m. hibernos

nullo vesci dicitur cibo. XXX, 5, 11 imperator p. continuatres m. aestivos arma parabat. XXIII, 6, 34 ex eo p. saecula multa ad praesens multitudo deorum cultibus dedicatur. XXV, 1, 12 Romani p. s. multa obscuris difficultatibus implicat XXXI, 5, 17 pulsi p. longa s. siluerunt immobiles. XIX, 10 p. dierum spatium septem viri epulis indulgebant. XX, 12, 12 quantum quiete et cibo satis fuit, tributo p. noctis integræ s., reparatur proelium. 16, 6 p. s. vitae longissimum impendio castus. XXVI, 1, 13 p. quae (s.) duodecim sidereum domicilia sol discurrens anni intervalla concludit. XIV, 6, 13 si p. tot dierum defueris tempus. „Tot dierum“ rect ut videtur, coniecit Gronovius pro „totidem,“ quod in codicibus legitur. XVI, 8, 3 p. id t. — Danum uxor incusara Temerarium est lacunam, quae exstat post „per id tempus fer . . . .“ explere, nam scriptura priscarum editionum „fertur fuisse virum quendam“ defendi non potest. Wagnert (Ed. Erfurdt. II, 198) conicit haud inepte pro „fer.“ legendum esse „fere“ vel „ferme,“ deinde vero excidisse nomen dignitatis vel nomen hominis proprium. XVI, 10, 12 omne t. imperii nec in consessum vehiculi quemquam suscepit nec . . . . XXII, 6, 1 p. hoc idem t. Aegyptii venere conplures. XXVII, 7, 5 eminuit p. id t. mors Dioclis. 11, p. haec t. Vulcatio Rufino absoluto vita . . . . Probus acciuit XXIX, 2, 1 p. id omne t. Palladius lacrimis universa perfiderat luctuosis. XXXI, 4, 9 p. id t. nostri limitis reserati obicibus — potestatibus praefuere castrenibus —. 16, conversi post haec p. omne t. noctis ad vulnerum cura XIV, 2, 13 circumstetere hoc munimentum p. triduum et trinotium. XVI, 12, 19 unus pedes captus indicavit trid. et trin. flumen transisse Germanos. XXVIII, 6, 4 sultano urbano uberrimo insedere p. trid.

His exemplis adiungo unum, in quo „per“ idem significa quod alibi „post.“ Hassensteinus cum pauca de „per“ praepositione disputaret (p. 32), hunc usum sane singularei omisit, quamquam Hudemannus (Quaestiones Ammianeae, Prog Landsberg a/W. 1864. p. 13) eum locum breviter adnotaverat; verba autem haec sunt: XXX, 4, 13 in quas (foveas) captus ceciderit quisquam, non nisi per multa exiliat lustra, h.

exiliet multis lustris peractis vel post multa lustra. trans-  
eo nunc

b. ad alia nomina enumeranda, quibuscum „per“  
significatione temporali coniungitur.

Hic praepositionis usus exstat, ut iam supra monui,  
omnibus temporibus, maxime autem apud posterioris aetatis  
scriptores. Ex Ammiano pro magno librorum numero haud  
ita multa huiusmodi exempla collegi.

XV, 8, 3 post multa p. deliberationes ambiguas acti-  
tata. XVIII, 2, 14 qui (Romani) tunc perque expeditiones  
praeteritas ibi levamen sumere laborum opinabantur, ubi  
contingeret —. XVIII, 6, 12 lapsu p. fugam domino. XXV,  
9, 3 Constantium deductum postremo p. f. ad Hibitam.  
XIV, 11, 17 p. inducias naturae conquescentis sauciabantur  
eius sensus. XVII, 3, 1 p. i. licet negotiosas et breves  
damnis mederi posse credebat. XXV, 7, 13 nequid commit-  
teretur p. i. contrarium pactis. XXVII, 9, 7 p. i. pacem  
sibi tribui poposcerunt. Nam ad temporis spatium non ad  
rationem, qua pacem fieri volebant, referendum videtur „per  
indutias.“ Eodem modo XXIX, 5, 37 dedit hostibus facul-  
tatem p. i. licet breves Aethiopum adminiculis augeri. XXXI,  
2, 11 p. i. infidi inconstantes. XIV, 11, 13 nequo casu  
Gallus agitare quaedam p. itinera conaretur. XVIII, 5, 6  
dum haec quasi p. lustra aguntur et scaenam, h. e. dum  
haec ita aguntur ut per lustra et scaenam fieri solet. XIX,  
8, 1 somno p. breve otium capto. XX, 8, 1 quarum (legi-  
onum) statariae pugnae p. orientales procinctus saepius  
eminuere. In Vaticano codice „enimuere“ superscripto „emi-  
cuere“ legitur, „eminuere“ restituit Gardthausenus. XXV, 4,  
4 p. varios pr. stans interdum cibum sumere visebatur. XX,  
3, 7 quamquam hoc p. omne plenelunium semper eveniat.  
XIX, 9, 9 rex reputans ampliores se populos perdidisse, quam  
e nostris p. diversas fuderat pugnas. XXVII, 9, 1 p. pro-  
cursus audentiores et crebris caedibus et rapinis intenta  
(barbarica rabies). XVI, 5, 10 cum artem modulatius ince-  
dendi p. pyrricham diseret. XV, 3, 5 si p. quietem  
quisquam vidisse aliquid amico narrasset. 6, 2 quo (somnio)

vetitus erat p. q. pulsare quendam insontem: XIX, 12, 10 p. q. figura viderat multa. XX, 5, 10 retulerat imperator p. q. aliquem visum. XXV, 10, 17 p. q. praedictum est seni. XXX, 5, 18 nocteque, ut p. q. fieri solet, videbat coniugem suam. XXXI, 1, 3 miserabiles umbrae caesorum p. q. stridendo carmina — agitabant. XXXI, 1, 2 Antiochiae p. rixas tumultusque vulgares id in consuetudinem venerat. XV, 6, 1 iamque p. securitatem quaestiones agitabantur. Ita edidit Gardthausenus; in codicibus scriptum est „post sec.“ quod non potest omnino quasi breviloquentia quadam dictum defendi. XIX, 10, 1 dum haec p. varios turbines in orientis extimo festinantur. XXIX, 6, 17 dum haec p. t. agitantur assiduos.

Cum adiectivis vel cum pronominibus neutri generis non inveni hac significatione „per“ ab Ammiano coniunctum, quamquam hoc dicendi genus haud ita raro apud posteriores legitur; et ex Tacito Hensellius (p. 30) compluria exempla attulit, et ab aliis usurpatum „per hoc“ et „per haec“ significans „inzwischen.“ (cf. Draeger. histor. der lat. Sprache, I<sup>2</sup>, p. 608.)

### C. Per sensu translato positum.

Recte Hensellius (p. 31) et Wulschius (p. 52) demonstraverunt omnes praepositiones a vi atque significatione genuina eo magis recedere, quo longius progrederetur oratio a primis incunabulis. Quo factum est, ut etiam „per“ praepositio alias significationes a genuina abhorrentes indueret, ita tamen ut semper mente localis quasi notio percipiatur. Sed transfertur localis praepositionis vis non solum ad temporalem rationem, de qua modo disserui, sed adhibetur etiam persaepe ad eas res, quae ad causam vel modum alicuius actionis pertinent. Itaque in hac parte mihi disputandum erit de instrumentalis, modalis, causali praepositionis vi. Vix est monendum hunc translatum praepositionis usum haud ita saepe inveniri apud priscos scriptores eosque, qui Ciceronis aetate vixerunt. At apud posteriores praepositio saepissime ita usurpatum. Sed cum priores scriptores semper fere viam atque rationem intellegent, per quam transiens aliqua re

perficeretur, recentiores praepositionem prorsus pro ablativo usurpaverunt.

Primum igitur disseram

a. de instrumental i praepositionis vi.

Localis praepositionis notio ad vim instrumentalem translata indicat, ut Handius dicit (IV, 436), medium vel instrumentum vel adminiculum, per quod res efficienda quasi transit, vel ut Wulschius (p. 52) censet, eam viam, quae per medium aliquod ad finem fert. Ut Handius perlucide et distincte adnotat, ablativo et praepositione „ab“ adiecta indicatur prima causa, ex quo aliquid oritur, praepositione „per“ autem ea, qua intercedente vel accedente aliquid fit; quem usum non solum ad verba passiva sed ad omnia esse referendum non minus notum est, quam has duas rationes saepe inter se esse commutatas, ita tamen ut „per“ saepe pro „a,“ numquam „a“ pro „per“ legatur. (cf. Draeger. I<sup>2</sup> p. 624). Sed iam numero

α) exempla praepositionis cum personarum nominibus compositae, ad quae praepositionem „per“ pro „a“ non raro esse adhibitam cognoscetur. Tripartitam Hensellii dispositionem servavi, itaque primum ponam

1) ea exempla, in quibus coniungitur „per“ cum nominibus propriis.

XIV, 8, 15 exuviae in urbem advectae sunt p. Catonem. XV, 12, 5 hae regiones primo temptatae p. Fulvium, deinde quassatae p. Sextium, ad ultimum p. Fabium Maximum domitiae. XVI, 8, 3 quo indicante quaedam cognita p. Gaudentium. XIX, 9, 5 p. Tampsaporem ducem supplicaverat regi. 9, 9. triginta milia perdidit bellatorum, quae paulo postea p. Discenen numerata sunt. XXI, 1, 4 parvi habitis, quae p. Leonam Constantius scripserat. XXII, 8, 12 coloni Milesii in Asia p. Nileum multo ante locati. 8, 49 nuntiatum est p. Agilonem et Jovium. 9, 5 p. Scipionem Nasicam simulacrum translatum est Romam. XXIII, 6, 7 satis constat hanc gentem imminutam primo p. Cyrum. XXV, 9, 11 p. Albinum in Numidia sceleste pace cogitata. XXVII, 12, 10 p. Terentium ducem Para reducitur in Armeniam. XXVIII,

1, 4 erat colonia Miletus deducta p. Nileum. 2, 5 p. Syagrum Aratorem monuit ducem. 6, 22 quibus p. Palladium regressum cognitis. XXIX, 1, 9 se indicante Theodorum p. Euserium didicisse. 1, 34 se cognita p. Euserium, ne ad imperatorem referret, prohibitum ostendit. 1, 37 qui cum audisse negotium p. Fidustum deferretur. 5, 54 gesta didicerat p. Masillam. 5, 55 interposita fide publica p. **Masillam**. XXXI, 5, 17 hostes externi p. Aurelianum pulsi. 11, 3 quale p. Actum acciderat comitem.

Deinde pono

2) ea exempla, quae cum aliis personarum nominibus conformantur.

XIV, 1, 2 qui p. clandestinos versutosque rumigerulos falsa et placentia sibi discentes. 7, 19 p. protectores retractus artissime tenebatur. 10, 7 ni pauci populares suos haec p. nuntios docuissent occultos. 10, 14 p. oratores concessionem poscunt. XV, 5, 9 quas (litteras) obtulerat principi p. praefectum. 5, 10 epistulas p. baiulum ad Malarichum misit. 5, 18 p. admissionum magistrum accito eodem. 5, 19 qui invadendae summae rei p. filios adfector appellabatur. 5, 31 firmato negotio p. sequestres quosdam gregarios. 9, 8 vigueret studia inchoata p. bardos et euphagis et drasidas. Paulo ante, paragrapto quarta huius capituli, legitur in libro Vaticano „drasidae,” hic „dratis;” Gardthausenus igitur recte coniecissee videtur hoc ipso loco scribendum esse „drasidas.” (con. Ammian. p. 6.) XVI, 9, 2 p. emissarios quosdam scitabatur consilia. 9, 3 Tampsaporem p. ignotos milites temptavere. XVIII, 5, 3 p. familiares fidos peritosque nandi occultis colloquiis cum Tampsapore habitis. 6, 6 quod ideo p. molestos formatores imperii struebatur, ut . . . XIX, 5, 1 levia tamen p. funditores et sagittarios proelias in puncto quidem brevi cessabant. XX, 6, 3 rex cum p. optimates suos flectere defensores ad suum non potuisset arbitrium. 11, 32 vincere saltim p. duces optabat. XXIII, 6, 24 qua (Seleucia) p. duces Veri Caesaris expulsata. XXIV, 6, 10 p. procursatores principiis puguae temptatis. XXVI, 6, 14 doctus p. arcanorum consciens. XXVII, 12, 14 Param p. latentes nuntios increpabat. XXVIII, 1, 10 cum quidam nominassent nobiles aliquos tamquam usos artificibus

laedendi p. clientes aliosque humiles notos reos. 1, 56 p. emissarios cum procul ageret. 2, 6 fodere p. militem fundamenta exorsus. 4, 33 id repertum est p. applicatos homines, ut clametur. 6, 17 numerorum principiis p. quosdam mandaverat conscos. XXIX, 2, 13 funus eius p. vespillones elatum. XXX, 4, 1 intestina pernicies augebatur p. Valentis amicos et proximos. 6, 2 firmabant p. extimos quosdam latrones evenisse. 8, 5 Papirius Cursor securem p. lictorem expediri iussit. XXXI, 5, 12 Teutones p. duces amplissimos superati. 10, 8 signo p. cornicines dato. 15, 2 docti p. proditores et transfugas. 15, 6 p. Christianum quandam portatis scriptis et recitatis.

Restat, ut afferam

3) eos locos, ubi prae positio cum adiectivis et pronominibus ita coniuncta legitur.

XIV, 6, 10 p. quos (maiores) ita magnitudo Romana porrigitur. 11, 3 Gallum p. suppositos quosdam ad saeva facinora ideo animatum, ut . . . XV, 3, 1 p. eos (aulicos) Domitianus disceptus credebatur et Montius. XVI, 11, 8 qui (Barbatio) ne quid p. eum impetraretur, omnes (pontes) incendit. 12, 18 tandem p. te virtutem et consilia militare sentimus. XVII, 1, 3 p. alios venire compulos nostris minati sunt bellum. 5, 12 p. quosdam ignobiles sermones conseruit. XVIII, 2, 18 ne acquiescerent p. alios impetratis. XIX, 9, 7 p. eum (Tampsaporem) regi oblatus. 11, 3 ni exquisitorum detestanda nomina titulorum p. offerentes suscipientesque in maius exaggerata . . . 12, 4 quoniam quidam praesentes, pars p. alios consulta numinum scitabantur. XXI, 12, 16 comperta p. eum morte Constanti. XXII, 7, 2 manumittendis ex more inductis p. admissionum proximum. 7, 8 p. quos (mercatores) ubique sine condicionis discriminē venundantur (Gothi). 8, 21 Chalybes, p. quos erutum et domitum est primitus ferrum. XXIV, 3, 4 egentissima est Romana res publica p. eos, qui docuerunt. XXVI, 6, 12 Divitenses p. quosdam notos sollicitare properans. XXVIII, 4, 33 p. te ille discat. 5, 10 scribebat p. taciturnos quosdam et fidos. 6, 21 p. quos (domesticum et Caecilium) circumventi municipes gravabant Jovinum. XXIX, 2, 7 p. eum (Heliodorum) ut forensium causarum patronum, quid in primis orationis .

partibus conlocaret, ut proficere possit facilius Valens, quibusve figurarum commentis splendida loca adtemptare debeat praemonebatur. In codice Vaticano legitur pro „Valens“ „et valere“ et pro „praemonebatur“ „praemonebat.“ Illae mutationes inveniuntur in editione Gelenii easque cum plurimis editoribus recipere non dubitavi. Nam lectio Vaticani aptum sensum praebere mihi non videtur, neque video, quomodo Gardthausenus, qui eam retinuit, interpretetur. 5, 2 quae Firmus docebat p. suos. 5, 52 p. quem (Masillam Mazicum) monuit ducem. 6, 12 quod p. ipsum (Aequitium) circumventum regem existimabant. XXX, 3, 2 veris p. eum (Paternianum) nuntiis gestorum acceptis. 4, 19 p. eum, qui est in verba fidentior, principium dicendi exeritur. 10, 3 doctus ab eo, p. quem vocabatur. Ex hoc exemplo manifestissime colligitur Ammianum nullo discrimine „per“ et „ab“ cum verbis passivis posuisse. Nam ut XXVI, 6, 14 „doctus“ coniunctum est cum „per“, ita hic cum „a.“ XXXI, 7, 7 p. quos nihil latebat incognitum.

Non minus saepe apponitur

β) *praepositio eadem ratione rerum vocabulis tamquam personarum partes agentium.* In ipsis autem exemplis saepe dubitari potest, num ad hanc partem pertineant, an ad vim modalem an ad causalem an ad temporalem, si quidem haec certis finibus omnino discerni non possunt. Itaque primum agam

1) *de substantivis, quibus per instrumentale apponitur.*

XXVII, 9, 8 p. integritatis multiplices actus et probitatis adeptus est. XIX, 8, 1 cum pugna p. aggeres celos muris proximos temptaretur. XX, 11, 20 dimicare succinctius parans p. sublimes aggestus. XXVIII, 5, 13 quod ubi negari p. ambages sentirent et moras. XXIX, 5, 33 p. a. et m. hostem frangentem suos impetus oppressurus. Lacuna trium versiculorum, quae ante haec verba exstat, nondum est expleta. XXVII, 12, 2 p. artes fallendo diversas. XIV, 4, 6 si quae alites capi p. aucupium possint. XIV, 6, 10 ignorantes maiores suos non divitiis eluxisse, sed p. bella saevissima. XVI, 11, 13 ut possit p. b. deleri saevissima. XXVI, 9, 8 quem p. saevissima b. notum necessitas

in crimen traxerat. XXVII, 2, 6 signo p. bucinas dato. Adiungo huic exemplo ea, in quibus eodem modo „per lituos“ legitur. XIX, 2, 12 signo p. l. dato. XXIII, 5, 15 signo p. l. dato. XXVII, 2, 3 signo repente p. l. dato. XXXI, 7, 10 signo p. l. dato. XXVI, 8, 8 claustrum p. catenam ferream ori portus insertum. XXIX, 1, 15 non abnuimus Valentis salutem et ante saepius p. occultas coitiones et tunc in extrema demersam. XXVI, 2, 8 p. quam (concordiam) res quoque minimae convalescunt. XXIX, 5, 43 p. secretiora consilia temeratorem quietis iuvisse. XVI, 12, 21 quicquid apud eos p. equestres copias praepollebat. XXVII, 10, 5 parabatur lentioribus curis et p. c. multiformes in Alamannos expeditio. XXI, 11, 2 re digesta p. secreta colloquia. XXIV, 2, 9 quibus p. c. saepe temptatis. XXI, 1, 8 quae p. disciplinas varias adfectamus. XXXI, 10, 2 p. fallaces discursus violato foedere. XXVII, 8, 9 non nisi p. dolos occultiores et improvisos excursus superari posse. XVII, 13, 15 p. elementum utrumque Sarmatias vincentium ira virtusque delevit. XIX, 12, 9 p. elogium principis torqueri praeceptus. XXX, 7, 1 actus discurrere p. epilogos breves. XXII, 10, 3 iudicium hoc est rectum, ubi p. varia negotiorum examina iustum id est et iniustum. XXII, 9, 6 pauca digessimus p. excessum. XXVII, 4, 1 pauca transcurrere p. brevem e. XV, 5, 6 circumveniri homines dicatos imperio p. factiones et dolos minime debere proclamans. XV, 5, 11 reiecta fallacia, p. quam salus eorum adpetebatur. XXVIII, 1, 7 quem ipse p. dolosas f. interemit. XIV, 6, 17 natura p. primigenios seminis fontes vias propagandae posteritatis ostendit. XXI, 13, 12 aliud accidit, quod p. fortitudinem vobis ingenitam adiumenta caelestia coercebunt. XXVII, 10, 13 quos exercitus affictabat, p. fremitus territos et equorum hinnitus et tubas. XXX, 4, 13 p. prostitutas frontes vilesque latratus aditus sibi patefaciunt. XIX, 7, 7 p. scorpionum ferreas fundas e propugnaculis subinde rotundi lapides acti. XXXI, 6, 3 multi sagittis et rotatis p. f. lapidibus interibant. XIX, 8, 8 qui p. funem coniectus sitim extinxit. XXIV, 2, 21 praefectus demissus p. f. XVIII, 8, 13 licet tela p. tormentorum omnia genera volarent. XIX, 6, 6 p. varia certaminum g. defen-

sabantur acriter muri. XXIX, 1, 5 Heliodorum fatorum p. genituras interpretem iudicio tradidit. XV, 13, 4 p. prædatorios globos nostra vexabant. XXIII, 3, 7 ut omen p. hostias litando firmaret. XXX, 8, 6 poenas p. ignes augebat et gladios. XV, 2, 4 impugnabat eum p. fictae benignitatis illecebras collega. XXVII, 12, 3 p. exquisitas i. captum regem iussit ad latentem trahi posticam. XXIV, 1, 11, quod utrum p. insidias an magnitudine acciderit fluentorum sciri non potuit. XXIII, 6, 81 leges, p. quas ob noxam unius omnis propinquitas perit. Hic „per“ non multum distat ab „secundum“ vel „ex“ præpositione; quae præpositionis ratio etiam manifestior apparet ex XIV, 1, 4 p. suspicionum nebulas aestimati quidam noxii damnabantur. Eodem modo usurpatur præpositio semel apud Tacitum. (cf. Draeger. „über Syntax u. Stil des Tacit.“<sup>3</sup> p. 39.) Ex his autem locis instrumentalem præpositionis vim cognosci apparet. XVI, 11, 9 p. eas (litteres) licet vaccillantes evecti loca perruperunt. XXXI, 15, 5 iubebant nostris p. minaces litteras. XV, 3, 3 rei publicae membra totius p. incidentia mala vexantes. XXX, 8, 8 aviditas indagandi quaestus varios p. alienae vitae naufragia. XIX, 8, 9 ulteriore ripam petituri p. navem. 12, 13 criminibus latius serpentibus p. implicatos nexus sine fine distentos. XXII, 15, 15 crocodilus p. ova edens fetus. XIX, 8, 5 postica, p. quam nihil servabatur. XXI, 1, 6 coniciens p. vaticinandi præsagia multa. XV, 5, 28 ipse p. quaestiones familiarium crudeliter agitatus. XXV, 2, 4 numinibus p. sacra depulsoria supplicans. XV, 8, 16 quorum (librorum) lectio p. corporum signa pandit animorum interna. Quin „animorum“ cum Gardthauseno scribendum sit pro „anamarum,“ quod in codicibus legitur, dubium esse non potest; neque enim anima, sed animus corpori opponitur. XVI, 12, 39 quo agnito p. purpureum s. draconis. XXVII, 11, 2 hunc fortuna ostendebat p. crueltas noxiun simulantes. XXII, 8, 2 p. Sporadas est insulosum (mare Aegaeum) atque Cycladas. XIV, 6, 8 quidam aeternitati se commendari posse p. statuas aestimantes. XV, 7, 9 hunc p. subscriptionem abicere Liberius monitus. XIV, 11, 3 p. arcanos susurros nutrimenta fictis criminibus sub-

serentes. XXI, 5, 13 p. tesseram edicto itinere. XXXI, 11, 2 itinere edicto p. t. XX, 6, 3 signo p. flammeum erecto vexillum. XXVII, 4, 8 Macedonicis iungitur conlimitis p. artas praecipitesque vias. XXIX, 5, 45 p. multas prudentesque sententiarum v. eundem sibi prodi posse sperabat. XVI, 5, 14 p. quas (victorias) cadentes saepe incolumi contumacia barbaros fudit. Sequor Wagneri interpretationem: qui, (barbari) quamquam saepius devicti, nihil tamen a pertinacia remiserunt; quare opus non est coniectura Gardthauseni „vastantes“ pro „cadentes“ XVII, 4, 11 p. vultarem naturae vocabulum pandunt — p. speciem apis indicant regem.

2) Per pauca tantum exempla reperi, in quibus praepositio ita cum adiectivorum et pronominum neutris coniuncta est. Omnino monendum est Ammianum hanc praepositionem locali quidem sensu saepissime coniungere cum adiectivis generis neutri, translato perraro.

XIV, 7, 14 Montius p. haec, quae strepit, incusat. XXI, 13, 11 qui cum a iustitia p. multa visu relatuque nefaria defecisset. XXX, 4, 13 inter sollicitudines iudicum p. multa distentas.

Praeter exempla adhuc enumerata, ex quibus facile cognoscitur, quam late instrumentalis praepositionis usus pateat, complures etiam loci reperiuntur,

y) quibus pronomen personale „se“ cum „per“ coniunctum legitur.

„Per se,“ cui saepe etiam „ipse“ additur, significat aut aliquam rem agi sine ope et consilio alicuius, quod germanice dicitur: durch sich selbst, aut indicat rem solam aliis rebus non additis; nos dicimus: an sich. (Hand. IV, 441). Huius modi exempla apud omnes scriptores leguntur; praemonendum autem est exempla alterius generis, quo „per se“ refertur ad res solas, apud Ammianum non exstare.

XVI, 10, 2 nec enim gentem ullam bella carent p. se superavit. 10, 3 ignorans alium hostilia castra p. semet ipsum explorasse. XXV, 4, 5 explorabat p. semet ipsum vigiliarum vices et stationum. XXX, 7, 7 quae p. se vel duces correxit industrios. 8, 5 ut qui bella diuturna p. se superavit et gravia, solus ad resistendum aptus (Papirius Cursor). Haec verba lacunis et

vitiis in codice Vaticano corrupta „ius bella diuturna parum superavit ... & gra ... lus —“ egregie restituit Valesius.

δ) Instrumentalis praepositionis vis cognoscitur etiam ex huiusmodi sententiis: per me licet, per me stat, per me fieri potest. Ita dicitur et de personis, qui non impediunt, quominus aliquid fiat, et de rebus, secundum<sup>r</sup> quas aliquid agi liceat. (Hand. IV, 439). Saepe etiam negatio apponitur.

XIV, 6, 20 quibus p. aetatem ter iam nixus poterat suppetere liberorum. XV, 1, 1 quae videre licuit p. aetatem. XVII, 12, 4 quem (exercitum) nondum p. anni tempus colligi posse rebantur. XIX, 6, 13 indignatio regum audiebatur arbitrantium p. stationes muris obiectas inrupisse Romanos. Non locali significatione hoc loco dicta est praepositio „per,“ sed causa significatur, ut Wagnerus interpretatur, cum dicit: culpam tribuendam stationariis incuriosis et negligentibus. XIX, 10, 1 nec enim p. eum steterat. XXII, 8, 48 nec p. infidum et labile solum gressus hominis possit vel iumenti firmari. XXVII, 6, 15 si p. fata proximosque licuisset. XXVIII, 1, 26 nondum p. aetatem firmato consilio. XXIX, 2, 18 si p. te licuisset.

ε) Restat, ut exempla afferam cum verbis orandi, testandi, iurandi que conformata, in quibus intelligitur concessio et auxilium eius, qui invocatur, vel etiam, ubi rerum nomina ponuntur, condicio praesumpta. Legi hos duos tantum locos: XXIV, 3, 9 cum non p. caritates, sed p. inchoatas negotiorum magnitudines deieraret assidue. XXVIII, 4, 30 p. Janos et Eponam clamitant saepe rem publicam stare non posse. Ita „et Eponam“ scripsit Gardthausenus. In codice Vaticano legitur „et rogant,“ quod sensum non praebet. Gardthauseni coniectura magnopere mihi placet; nam verisimile videtur hic duorum deorum nomina esse ponenda; per quem autem deum aptius iurant ii, qui vitam in circo degunt, quam per Eponam? Gelenius conicit „p. ianos et fora,“ ubi „per“ pro „in“ legeretur, Valesius mutat „p. canos et rugas.“

### b. De modali praepositionis vi.

Modalis praepositionis usus non multum distat ab instrumentalis et ipse quoque denotat viam, quam actio per-

currit, ut ad finem perveniat. Recte vero et ab Hensellio (p. 43) et a Wulschio (p. 70) est improbatum, quod censuit Draegerus de hoc usu. (Hist. Syn. d. l. S. I<sup>o</sup> 605.) Is enim putat praepositionem ita usurpatam significare statum, intra quem quid fiat, ita ut modalis praepositionis vis ex temporali sit derivanda. Ac primum dicam

a) de substantivis, quibus „per“ modale adiungitur.

XXIX, 2, 21 dum haec p. intestinas dilatantur aerumnas. XXIX 1, 35 litterae p. ambages obliquas ad Hilarium scriptae. XXII, 4, 7 p. ambitiones otiumque opibus partis. XXI, 1, 3 ne p. amicitias fictas insidiis falleretur occultis. XXVIII, 4, 2 vitam p. argumenta scaenica amoresque peregerat. Apud Livium et Tacitum plura exempla inveniuntur, quibus designatur tempus vel diem per aliquam rem transigi. Apud Ammianum hoc unum exstat. XV, 5, 25 ut ad imperatoris novelli p. ludibriosa auspicia virium accessu firmandi sensum dux flebilis verteretur. XXII, 8, 33 a contrario p. cavillationem Pontus Euxinus appellatur. XVIII, 5, 1 debitum p. conludia in nomen fisci translatum. XXVIII, 1, 57 Doryphorianum p. cruciatus oppressit immensos. XXII, 6, 1 commodius p. dilationem inferre, quae flagitantur. XIV, 11, 24 Barbatio damnatus extincti p. fallacias Caesaris. XVI, 10, 18 venenum bibere p. fraudem illexit. XXXI, 11, 3 quo (Acto) p. f. capto. XVI, 9, 1 Persae p. furta et latrocinia potius quam p. concursatorias pugnas hominum praedas agitabant et pecorum. XIX, 13, 1 p. f. et l. finitimos adflictabant. XXXI, 7, 2 particulatim perque f. magis et l. multitudo minui deberet hostilis. XXIV, 4, 18 p. varia certaminum genera dimicantes — discedunt. XIV, 11, 11 si quid p. imprudentiam gestum est. Pro „quid,“ quod in codicibus scriptum est, aptius legitur „si quid,“ quod Kiesslingius, quam „quicquid,“ quod Eyssenhardtius coniecit. (Cf. Fleck. J. f. Phil. 103 p. 496.) XVI, 12, 17 Gundomado p. insidias interempto. XXII, 15, 6 imbres aut nunquam aut p. intervalla temporum longa cadere memorantur. XXIX, 1, 31 qui (anulus pensilis) p. i. distincta incidens saltuatim, efficit versus. XXX, 5, 12

petenti p. iocum cuidam Nigrino exclamavit. Quin ita sit scribendum, vera Vaticani lectione cognita dubium non potest esse. In libro enim Vaticano legitur „petenti“ (non „petente,“ quod affert Eyssenhardtius) et „quidam,“ pro quo iam apud Gelenium reperitur „cuidam:“ Dativus autem, qui ad „exclamavit“ referendus est, facile intelligitur. Itaque lectio Accursii „petente — quodam,“ quam receperunt omnes editores usque ad Gardthausenum, qui veram lectionem restituit, est reicienda. XVI, 9, 3 ut suaderet regi p. litteras. XXI, 3, 5 Julianum assidue p. l. dominum appellabat. 7, 4 p. l. Cretione comite edocto. XXIII, 1, 7 nuntiatum est ei p. l. XXX, 1, 4 comperit p. l. Romano rectori suadere Terentium. XXV, 7, 12 ut remaneret occasio, p. quam invaderetur Armenia. XXVIII, 5, 15 p. hanc o. impendio tempestivam Alamannos adgressus. Hoc nomen persaepe legitur cum „per“ coniunctum apud Livium (cf. Wulsch. p. 73). XXII, 7, 3 p. ostentationem intempestivam nimius captator inanis gloriae visus. XXIII, 3; 7 somno p. otium capto exultans pernoctavit. XXIV, 3, 1 cibos p. o. capientem. XXXI, 7, 8 capto p. o. cibo. XXXI, 5, 5 p. preces assidue postulantem. 15, 15 p. procursus pugnabatur et globos. XVI, 6, 3 tamquam p. saturam subito cubiculariis suffragantibus. XXX, 1, 1 rege Quadorum occiso p. scelus. XXVIII, 4, 32 artifices scaenarii p. sibilos exploduntur. XIV, 11, 1 acciri p. simulationem tractatus publici placuerat Gallum. XVI, 8, 1 p. s. tuendae maiestatis imperatoriaie multa et nefanda perpetrabantur. XIX, 9, 7 p. s. matrimonium alterius splendidae virginis adfectavit. XXX, 1, 20 domino p. s. naturalis cuiusdam urgentis egresso. 4, 18 p. morborum s. vicissim consulto cessantes. XVI, 11, 7 finxit tribunos venisse p. speciem negotii publici. XXI, 11, 2 legiones p. s. necessitatum urgentium misit in Gallias. XXII, 10, 1 p. s. quietis iudicialibus causis intentus. XXIX, 5, 19 comperit Firmum p. s. paventis et supplicis id moliri. Pro „faventis,“ quod est in codice Vaticano, recte Kellerbauerus scripsit „paventis“ (Bl. f. bayer. Gymn. 1873 p. 137). „Per simulationem“ et „per speciem“ saepe etiam apud alios scriptores — Livium et Tacitum praecipue — leguntur. Ceterum apud Ammianum

non minus saepe quam „per speciem“ invenitur „specie“. XVIII, 5, 2 quam (pecuniam) p. syngrapham debere se confiteri compulsus est. XXVI, 3, 4 servum suum modo non p. s. arcanis piacularibus inducendum commisisse doctori malarum artium confutatus. XX, 11, 22 ictus ballistarum tamquam p. transennam decurrentes. (Cf. de voce „transenna“ Vales. in ed. Erfurdt. II, 387.) XXX, 1, 18 doli struebantur, ut p. vim ei vel clam vita adimeretur.

Multa exempla reperiuntur apud Tacitum, in quibus praepositio vi modali usurpata distributivam quandam significationem praebet: ubi cum verbis componendi, dividendi similibusque ponitur. Jam apud Livium pauca huiusmodi exempla exstant. Apud Ammianum inveniuntur duo: XXIV, 4, 9 erat dispositum, ut equestres turmae divisae p. globos abigendis insisterent praedis. XXXI, 2, 17 p. pagos ut Nomades vagantur immensos, h. e. per pagos immensos divisi.

β) De adiectivis et pronominalibus neutri generis cum hac praepositione modaliter usurpata coniunctis non multa habeo, quae disseram, nam pauca tantum huiusmodi exempla inveniuntur.

XXXI, 2, 21 Halani Hunis p. omnia suppare. Haec formula inde a Livio, qui primus eam usurpavit, dicta est pro „in omnibus, omnino“. Compluries legitur „per haec“ significans „his rebus agendis“, „aut his rebus ita se habentibus“ (Hand. IV. 445.) Sic iam apud Livium. XXII, 10, 6 aestimabatur p. haec et similia vetus illa Justitia reversa ad terras. XXVI, 7, 8 ubi p. haec et s. factio firmiter videbatur esse composita. XXVIII, 1, 36 p. h. et alia s. maerore deflenda grassabatur p. strages.

#### c. de causali praepositionis vi.

Hic „per“ proxime accedit ad „propter“ particulae significationem. Jam supra (p. 32) explanavi hanc quoque praepositionis vim esse ortam ex locali, ita ut aliquis e. g. per amorem quasi transiens aliquid faciat. (Cf. Hensell. p. 49.)

Haud multa huius usus exempla reperiuntur apud priscos et primi a. Chr. n. saeculi scriptores, quippe qui solum ablativum aut aliam quandam praepositionem praferant; saepius

autem apud posteriores. Ceterum Hassensteinius cum causaliter praepositionis usu recte confert graecum διά, quod utriusque, h. e. per et propter, praepositionis rationem complectitur. Primum igitur disseram

α) de substantivis cum „per“ causaliter coniunctis. XV, 3, 1 vivendi moras p. aerumnas detestati multiplices. XIX, 8, 8 p. aestum arida siti reptantes. XXII, 15, 6 qui (imbris) abundantes in tractibus illis p. ae. torridos cadere memorantur. XIV, 7, 5 quae (inedia) p. multas difficilesque causas adfore iam sperabatur. XXVII, 11, 3 ob iurgia familiarum nunquam innocentium p. cupiditates immensas. XIV, 1, 1 fortunae saevientis procellae tempestates alias rebus infudere communibus p. multa illa et dira facinora Caesaris Galli. XXIII, 1, 6 incertum p. imperitiam an adulandi cupiditate. XXV, 3, 20 ne p. imprudentiam dignum præteream. XVIII, 2, 7 ne p. incivilitatem militis foedera frangerentur. XVI, 5, 15 ne p. indulgentias tributariae rei concederet reliqua. XXI, 16, 4 cum a rhetorica p. ingenium desereretur obtunsum. XXVIII, 1, 43 quae p. iniquitatem curantium præfecturam gesta sunt. XXVI, 3, 5 p. novum quoddam insigne curiosius spectari affectans. XXIV, 1, 2 ne p. locorum insolentiam insidiis caperetur occultis. XXVI, 9, 11 p. morum tristium latebras illius similis Crassi. XVII, 13, 28 furor hostilis p. licentiam scandens in maius, h. e. quod non puniebatur. XXXI, 13, 15 ne p. moras inexpedibiles populandi amitterent copiam. XVII, 9, 4 dura et perpessu asperrima p. nives tolerantes et cacumina crudelium pruinatum. XXVIII, 1, 18 Valentianus p. nundinationem suspicatus parum missum, h. e. Hymetum propterea, ut lucellum faceret, parum misisse, Valentianus suspicabatur. XVIII, 5, 5 Sabinianus p. obscuritatem adhuc longe discretus. XVIII, 6, 13 dispersis p. pabulum equis. Ernestum secutus „per“ hic pro „propter“ positum volo. XIV, 11, 3 filios p. multiplicem armaturae scientiam agilitatemque membrorum cognitos. XVI, 12, 53 pars p. lutosum et lubricum solum in sauciorum cruento lapsi. XXIX, 6, 14 milites arma tardius p. tumultum expediunt.

β) de neutris adiectivorum et pronominum, quae cum „per“ causali coniuncta leguntur.

„Per hoc“ et „per haec“ pro „propterea“ haud raro inveniuntur apud posterioris aetatis scriptores. Apud Ammianum autem unum locum reperi, ubi „per hoc“ in hanc sententiam accipi potest. XIV, 5, 8 p. hoc minui studium suum existimans Paulus. Cum adiectivo coniungitur „per“ XXIV, 5, 3 exercitu omni p. aquarum et pabuli oportuna biduo recreato. Semel apponitur participio: XXXI, 3, 1 regis p. multa variaque fortiter facta vicinis nationibus formidati.

---

## Caput II.

### De verbis cum „per“ compositis.

Ex verbis cum „per“ praepositione compositis afferam tantum verba eundi, quae pro transitivis accipiuntur, et ea verba, quae apud Ammianum primum leguntur.

Antea autem paucis mihi disserendum est de vi atque significatione huiusmodi vocabulorum. In compositionibus enim particula „per“ usurpat ad augendam vim verbi simplicis: quae ratio in verbis motum indicantibus ita cognoscitur, ut non solum notio eundi significetur, sed exprimatur iri per aliquem locum. Similiter res se habet, si „per“ compositum cum aliis vocabulis ad rerum qualitatem transfertur: indicatur enim alicuius rei gradus maior vel maximus, ita ut significetur condicio rerum quasi penetrabilis, universa, tota (Hand. IV, 448). Huiusmodi verba in sermone familiari vehementer adamata fuerunt, et recte monuit Wölfflinus (Phil. XXXIV p. 164). Ciceronem talia composita imprimis adiectiva maxime in epistulis saepius adhibuisse novaque conformare non veritum esse. (Cf. Schulz. de Qu. Aurelii Symmachi vocabulorum formationibus ad sermonem vulgarem pertinentibus. Diss. Hal. 1884, p. 202—203.) Porro contendit Wölfflinus haec composita praecipue vulgari sermoni prioris aetatis esse attribuenda. Profecto, sed etiam apud posterioris aetatis scriptores permulta huiusmodi verba nova reperiuntur, quae

plerumque quidem vim augendi retinent, sed interdum a simplicium vi non differunt.

#### A. De verbis eundi cum „per“ compositis.

Percurrere: XV, 7, 6 quam (rem) brevi textu percurram. XXI, 5, 2 quae sermone brevi percurram. XXIII, 6, 65 hanc planitiem duo flumina percurrunt. XXXI, 14, 4 nunc eius via percurramus. Saepius passivum: XV, 13, 2 percursis honorum gradibus. XVI, 2, 5 percurso eodem itinere. XXI, 7, 1 Illyriis percursis et Italia. 10, 2 percursis aggeribus publicis. XXIII, 6, 15 percursis spatiis longis. XXVI, 1, 8 polo percurso. 5, 1 percursis Thracis. XXX, 8, 1 haec sunt percursa. XXXI, 2, 9 distantia percursa comminus ferro sine sui respectu configunt. Comprobo Gardthauseni conjecturam, qui pro corrupta codicum scriptura „distin (al. distint) . . . (lacuna duodecim litterarum)“ verba „distantia percursa“ recepit, quae aptissime in sensum huius loci quadrant. (Con. Ammian., p. 44.) Percurrenti verbum etiam apud optimos scriptores ita usurpatum. Apud Ammianum eodem modo leguntur: decurrere, discurrere, intercurrere, praecurrere, praetercurrere, transcurrere.

Percursare: XX, 10, 2 hominum percursantium extima Galliarum. Sensu transitivo Ciceronis aetate nondum usitatum. Similiter usus est Ammianus verbis: circumcursare, discursare, incursare.

Perfluere: XXIII, 6, 25 perfluunt has terras amnes. 6, 69 terras amnis perfluit. Alia verbi fluendi composita ita adhibita sunt: circumfluere, influere, praeterfluere.

Permeare: XIV, 2, 10 amnem permeare. XV, 4, 4 undarum quietem permeans. Passivum legitur: XXI, 13, 2 permeato flumine. XXIII, 6, 11 angustiis permeatis. 6, 12 permeatis angustiis. XXIV, 2, 22 permeato amne. XXXI, 8, 1 digesto consilio permeatoque cum militibus mari ad Drepanum venit. Valde mihi placet Gardthauseni conjectura „permeato“ pro codicum scriptura „permixto,“ quod cum „consilio“ coniungendum erat; nam praeterquam quod „permixto“ non apte dicitur pro „communicato,“ ablativus „mari“ per se positus ferri vix potest. XXVIII, 5, 1 Oceani difficultatibus permeatis.

XXXI, 11, 6 permeato Danubio. Eodem modo leguntur: emeare, intermeare, praetermeare, remeare, supermeare. „Permeare“ ipsum proprium est poëtarum et posteriorum scriptorum.

Persultare: XIV, 2, 5 loca plana persultat et mollia. XV, 8, 6 persultant barbari Gallias. XVI, 12, 5 Gallias persultavit. XVII, 13, 27 persultabat Illyricum furor hostilis. XX, 5, 4 cum pauca cladis immensitas persultaret. XXV, 6, 8 ne Saraceni Assyriam persultarent. XXVI, 4, 5 gentes limites persultabant. Passivum reperimus: XXVI, 5, 11 persultatis Thraciis. Insultare coniungitur cum dativo.

Pervadere: XIV, 1, 6 pervadendo divites domus. XVII, 2, 3 ne amnem pervaderent. XVIII, 4, 1 pervadere cuncta. 6, 18 Asiam pervasurus. XX, 10, 2 regionem pervasit Francorum. XXI, 13, 6 ut pervaderet Thracias. XXIII, 1, 7 aliena pervadere. XXIV, 4, 4 ima clivorum pervadentes. 4, 30 pervadere foraminum aditus. XXVIII, 2, 11 domos et villas et oppida pervadebant. XXIX, 1, 27 horror pervaserat universos. XXX, 5, 11 pervasurus Quados. Passivum legitur: XXIV, 2, 13 pervasa urbe. XXVI, 6, 11 ad pervadenda conlimitia Thraciarum. XXIX, 5, 27 ne provincia pervaderetur. XXXI, 3, 1 pervasis Halanorum regionibus. Usitatum inde a Livio. Persaepe cum accusativo coniungitur invadere, raro circumvadere et evadere.

#### B. De iis vocabulis cum „per“ praepositione compositis, quae apud Ammianum primum leguntur.

Peragranter: XIV, 1, 6 hi peragranter — nuntiabant.

Peranceps: XXIX, 5, 36 Locus corruptus est in codice Vaticano.

Perflabilis: Significatione translata solum, ut videtur, apud Ammianum. XXX, 7, 10 ad omnes dissensionum motus perflabiles (empfänglich) gentes. Sensu passivo, sicut iam apud Ciceronem, legitur XIV, 6, 9 quas (lacernas) adnectunt nimia subtegminum tenuitate perflabiles. XVI, 10, 7 dracones hiatu vasto perflabiles. XXII, 16, 14 amoenus locus auris et salutari temperamento perflabilis. Sensu activo (durchwehend, rauschend). XIV, 6, 18 domus perflibili tinnitu

fidium resultantes. Sic iam apud Palladium. Cf. Georges: Lat.-deut. Handwörterb. II<sup>7</sup> 1413.

Perhumilis: XVI, 10, 10 corpus perhumile.

Permonstro: XVIII, 6, 9 erupisse hostium manus permonstrantes.

Permutabilis: XXXI, 2, 11 Huni permutabiles.

Perpensius (comparativus adverbii „perpense“): Ex Ammiano solo affertur. XXV, 10, 15 perpensius iudices electurus. XXVI, 5, 13 utilitate rei perpensius excogitata. Adiectivum „perpensus“ usurpatur iam ab Arnobio et Ambrosio, ab Ammiano XXII, 6, 4 cura perpensiore; multis aliis locis pro participio verbi perpendendi accipi potest. Intensivum „perpensare“ et iam antea et apud Ammianum exstat: XVI, 4, 1; XIX, 11, 9; XXIV, 2, 19.

Perplexitas: Sensu translato (Verwirrung, Dunkelkeit) usurpatur: XVII, 8, 3 opposita condicionum perplexitate. XVIII, 6, 19 his ob perplexitatem nimiam aegerrime lectis. XXXI, 2, 12 geographica perplexitate monstrata. Eodem sensu apud Augustinum. Primaria significatione (Verschlingung) apud Gregorium papam. Adiectivum „perplexus“ et adverbium „perplexe“ iam apud Terentium et Livium, persaepe apud Ammianum: XV, 6, 4; XXI, 16, 18; XXII, 6, 1; XXIII, 5, 20; XXV, 3, 23; 7, 6.

Perspicabilis: XIV, 8, 3 urbs perspicabilis. Postea apud Augustinum.

Perspicacitas: XV, 3, 2 qui nulla perspicacite alios damnarunt.

Perspicaciter: XXVI, 6, 1 notarius diu perspicaciter militans. XXIX, 1, 38 quis omnibus perspicaciter inquisitus. Comparativus „perspicacius“ compluries apud Boëthium.

Pervalidus: XXIX, 1, 2 cum agminibus perrexere pervalidis. Postea saepius apud scriptores ecclesiasticos.

**Altera pars.**

**De reliquis praepositionibus.**

Ut exempla reliquarum praepositionum omnia enumerem, fieri non potest; itaque, ut iam in praefatione dixi, ea tantum afferentur, in quibus singulare quoddam et posteriorum scriptorum proprium conspicitur.

**Ad.**

Persaepe adnectitur praepositio urbium nominibus omissis etiam iis rationibus, quibus apud optimos scriptores addi solet. XVII, 1, 1 Martius ad Tres Tabernas revertit. XX, 1, 3 dux ad Rutupias defertur. XXII, 9, 13 cum ad Pylas venisset. XXIII, 2, 7 venit ad Batnas. 3, 7 ventum est ad Callinicum. XXVIII, 6, 18 ille perrexit ad Leptim, aliaque.

Saepissime etiam apponitur „ad“ pro „in“ nominibus regionum, terrarum aliorumque locorum. XVI, 10, 15 cum ad Traiani forum venisset. XX, 4, 3 Lupicinus transisse ad Britannias nondum compertus. 10, 2 nullum ad suos pagos introisse meminerant principem. XXII, 8, 3 ad Ausoniam properavit Aeneas. 10, 6 aestimabatur Iustitia reversa ad terras. XXIII, 6, 33 qui ad nemerosam quandam venerat solitudinem. XXVI, 5, 11 Valentinianus repedare ad Illyricum destinabat.

Interdum legitur in nominibus terrarum accusativus sine praepositione, qui usus raro apud priscos et bis tantum apud Ciceronem. XVIII, 6, 5 reverti Mesopotamiam. XXIII, 2, 7 Mesopotamiam signa commovit. 3, 1 duae ducentes Persidem viae. XXVI, 7, 2 avertit Galatiam.

Numquam indicat praepositio statum sine significatione motus alicuius, h. e. vicinitatem et propinquitatem apud aliquem locum; nam ex his exemplis XXIX, 5, 55 cum tentoria exercitus adventaret ad Subicarense castellum locata, XXX, 3, 4 ad ipsam marginem Rheni stetit, similibusque motus cognosci potest. Ammianus usurpat hoc sensu semper „apud“ et „prope.“ (De hac re vide A. Greef. „de praepositionum usu apud Tacitum.“ Dissert. Götting. 1869. p. 20—22.)

De tempore „ad“ saepe ita usurpatur, ut spatium complectatur et indicet, quamdiu aliquid duret. ad tempus: XIV, 4, 4. 6, 19. XV, 5, 16. XXIX, 5, 18. 6, 16. XXXI, 8, 3. 13, 19. ad tempus brevissimum: XXIX, 4, 5. ad momentum. XXII, 16, 7. XXV, 2, 4. ad diem unum: XX, 11, 9. ad diuturnitatem: XXIII, 6, 38.

Saepissime significatur, quousque aliquid producatur, ita ut ab „usque ad“ vel „adusque“ praepositio non differat. ad vesperam: XIV, 6, 25. XXVI, 1, 9. ad praesens: XIV, 8, 6. XIX, 6, 12. XXIII, 6, 34. ad id tempus: XXIII, 6, 5. ad extremum diei: XIX, 7, 8. ad nostri memoriam: XXIII, 6, 6. ad horam sextam: XXVI, 1, 9.

Transfertur etiam hoc sensu ad quamvis rem, usque ad quam aliquid productum esse dicitur. ad ultimam truncata deformitatem: XIV, 7, 16. ad internectionem: XV, 8, 1. XVII, 10, 9. XXIII, 6, 7. ad satietatem: XXIV, 1, 5. XXVIII, 4, 30. ad ultimam inopiam: XXVII, 8, 1. ad interitum: XXIX, 1, 9. Eodem modo leguntur: ad debilitatem, ad ultimam rabiem, ad penuriam extremam, aliaque.

„Ad ultimum“ pro „postremo“ vel „denique“ haud raro invenitur: XIV, 7, 11, XV, 12, 5. XVI, 5, 14. XVII, 13, 21.

Compluries significatur praepositione duas res eodem tempore ita esse actas, ut altera alteram temporis continuitate et perpetuitate attingat. (Hand. I, 100.) Sic inde a Livio saepius, antea raro. XIV, 11, 22 ad quae pallore perfusus. XXV, 1, 14 ad quorum stridorem equi terrebantur. 6, 2 ad quorum fremitum equis turbatis et viris. XXX, 6, 3 ad haec ira percuslus. XXXI, 3, 7 stupentem ad impetum primum.

Ex modali praepositionis usu pauca tantum affero: „ad vicem“ legitur saepe pro „in vicem:“ XV, 10, 2 — memorabilis muneris. XIX, 12, 1 — bellorum civilium. XXVII, 3, 2 — praemii. XXIX, 5, 16 — obsidum. XXX, 8, 4 — capitum.

Aliis locis „ad“ idem fere significat, quod „respectu.“ XV, 3, 9 ad suspiciones huiusmodi mollem et penetrabilem. 7, 3 difficilis ad pavorem. XVII, 13, 1 ad hanc solam fraudem concordes. XXIX, 1, 42 ad scientiam copiosus. 6, 12 ad has calliditates sollertes.

„Ad summam,“ mit einem Worte, kurz, quod iam apud Ciceronem, legitur XV, 8, 14. XX, 3, 4. XXIII, 5, 22.

Comparatio rei cum alia re significatur XV, 1, 4 ad magnitudinem universitates instar brevis obtinet puncti. XXV, 5, 4 inter has exiguas ad tantam rem moras.

Frequentissimus est finalis praepositionis usus. Ita pendet „ad“ saepe ab adiectivis aptus, efficax, idoneus, strenuus, habilis, promptus, celer, avidus, utilis, necessarius, venalis (XXIX, 2, 9), probabilis (XXIII, 5, 11), ut non dicam de iis, in quibus magis significatio praepositionis genuina, h. e. motus cognoscitur, pronus, propensus, mobilis, praeceps (XXIX, 2, 1 ad omnia p.) versabilis, aliaque.

#### Apud.

Saepius legitur „apud aures alicuius“ pro solo „apud“ vel „coram.“ XVIII, 4, 4 ap. principis aur. nimium patulas. XXII, 11, 5 ap. patulas aur. Constantii. XXVIII, 6, 26 ap. aur. sacras. XXX, 1, 17 ap. imperatoris aur.

Saepissime coniungitur „apud“ cum locorum nominibus ad propinquitatem indicandam. XIV, 2, 10 legiones, quae hiemabant tunc ap. Siden. XV, 10, 10 degressurum montibus ap. Genuam observabat. XVIII, 5, 7 post bellorum assiduos casus et maxime ap. Hileiam et Singaram. XXIII, 6, 19 ap. templum stagno effluens fons cernitur.

Frequenter abit praepositio in usum praepositionis „in“ c. abl., ut raro apud Ciceronem et Livium, saepe apud Tacitum, et coniungitur imprimis cum urbium nominibus. XIV, 7, 20 indicatum est ap. Tyrum indumentum regale textum occulte. XV, 3, 7 in convivio Africani ap. Sirmium poculis madefacti quidam incusabant. XIX, 6, 12 armatas status ap. Edessam in regione celebri locare iusserat imperator. XXV, 3, 23 natus ap. Constantinopolim. XXX, 1, 4 Para ap. Tarsum Ciliciae custoditus. Eodem modo cum terrarum aliorumque locorum nominibus: XV, 1, 2 nondum ap. Noricum exuto penitus Gallo. XVIII, 1, 1 Julianus ap. hiberna fortunis conductentia disponebat. XX, 4, 18 rem male gessit ap. Succorum angustias; ex hoc exemplo nescio an propinquitas cognosci possit. XXII, 15, 31 sicut ap. Meroen Aethiopiae partem dicitur evenire.

#### Penes.

Hanc praepositionem uno loco dubia scriptura reperi, idem fere significantem, quod „apud.“ (cf. Hudemann. p. 13)

XVIII, 6, 2 injecta manu detinebant p. se publicum defensorem. In codicibus legitur „paene;“ a veteribus editoribus restitutum est „penes se,“ quod retinuit Gardthausenus.

### Juxta.

Nondum apud Ciceronem pro praepositione usurpatum legitur his locis: XIV, 6, 17 i. vehiculi frontem omne extrinum incedit. XXIX, 5, 58 i. Addense municipium comperit. Postponitur XVIII, 6, 22 quem i. laevus incedebat Grumbates. XXXI, 16, 3 fixis iusta Perinthum castris. Saepius usurpatur adverbialiter.

### Prope.

De hac praepositione iam Hassensteinius (p. 33) disseruit, sed eam significatione temporali saepius ab Ammiano esse adhibitam commemorare neglexit. Huius usus Draegerus I<sup>2</sup> 588 unum exemplum Suetonii affert. XIV, 3, 3 p. Septembris initium mensis. XIX, 6, 11 p. confinia lucis. Idem XXV, 1, 11. XXVII, 2, 8. — XXIV, 2, 4 p. extremum noctis. XXV, 6, 4 p. confinia noctis. XXVII, 3, 1 p. horam diei tertiam.

### Propter. Ob.

Neque „propter“ neque „ob“ usurpatur ab Ammiano ad propinquitatem significandam.

Errat autem Wölfflinus, cum dicit (Archiv I, 162) „propter“ significatione causali ipsa semel tantum legi XXII, 8, 8 in formula „quapropter,“ altero loco, ubi recepit Gardthausenus ex editione Gelenii, XXVIII, 1, 9 propter diuturnam morborum asperitatem, scriptum esse in codice Vaticano „ob.“ Quod verum sane est. Sed praeter hos duos locos restant tres, ubi reperitur „propter“ codicum auctoritate defensum: XV, 11, 4 fortissimi ea p., quod diu certavere. XVIII, 2, 15 castra posita ea p., ut susiperentur. XXIII, 6, 87 declinantes sueta litora p. piscantium insidias.

Multo saepius legiter „ob.“ Exempla huius generis, cum coniungitur cum substantivis, quibus adhaeret participium quoddam vel gerundivum, attulit Wölfflinus (Archiv I, 168.)

Saepissime leguntur „ob hoc, ob haec, ob quae:“ XIV, 5, 5. 7, 10. XV, 3, 5. 4, 9. 10; 5. XVI, 5, 14. XVII, 3, 4. XIX, 6, 13 multisque aliis locis.

### Adversus.

Praepositionis loco usurpatum quater: XVII, 13, 8 a. ipsum principem impetum contulerunt. XXIV, 2, 13 a. oppidanos pugnabat. XXVII, 7, 5 questus est comes Diodorum a. se civiliter implorasse iuris auxilium. XXXI, 5, 9 a. quos Lupicinus progressus. Adverbialiter adhibitum est XXXI, 10, 8 horrifico a. fragore terrente; eodem modo „exadversum“ XXIII, 6, 72 exad. Arachosia visitur.

### Contra.

In hac praepositione Ammianus intra eosdem fines se continuit, ac priores. Commemoro tantum „c. haec“ XX, 6, 4. XXIV, 6, 8. „c. sperata“ XXIV, 4, 19. Persaepe legitur pro adverbio; affero „c. quam“ XXII, 4, 7. XXX, 5, 13. „c. ac.“ XXX, 1, 23.

De erga praepositione Hassensteinius (p. 34) pauca protulit, quibus quod addam non habeo.

### Versus.

Praepositionis loco legitur cum urbis nomine coniunctum XXIV, 6, 2 iter Cochen v. promovit. Praeterea apponitur bis ad „oriens‘ vocem: XX, 9, 3 iter orientem v. edixit. XXXI, 10, 3 Gratianum orientem v. mox signa moturum.

„Adverbium versus“ interdum aliis adverbii loci adnectitur: XXV, 1, 18 pone v. XXX, 3, 5 ultiro citroque v.

### Usque.

„Usque“ etiam aliis atque urbium nominibus adiungitur. Exempla vide apud Hudemannum p. 13.

Saepissime legitur apud Ammianum „adusque“ praepositio, quae iam apud poetas augustei aevi exstat. XV, 8, 18 a. locum insignem. 10, 6 a. stationem. XVI, 1, 4 a. spiritum supremum. 2, 8 a. finem. XVII, 2, 2. XXI, 10, 8. XXII, 8, 27. 9, 8 permultisque aliis locis. Saepe etiam praepositio ita invenitur, ut duae eius partes interposito vocabulo separantur. XVIII, 6, 21 ad quinquagesimum usque lapidem. XVIII, 7, 9 ad Constantinam usque oppidum. XIX, 2, 10 ad extremum usque diei. XXII, 13, 2 ad id usque, alibique.

### Ante.

Interdum coniungitur „ante“ cum verbis motum indicantibus: XIX, 5, 5 projectisque a. pedes pharetris. XXII, 13, 3 figmentum a. pedes statuit sublimes. XXVII, 10, 12 a. alios praeiere duo iuvenes. Pro „antea“ usurpantur „ante hoc“ XXIII, 5, 2. 6, 21 et „ante haec“ XV, 2, 3. XVII, 10, 1.

Non raro dicitur de praestantia: XIX, 1, 3 a. alios celsior. XXII, 12, 6 a. omnes. XXX, 5, 10 a. suos excellens. XIV, 6, 7 a. alia. XXI, 6, 8 a. omnia. Non ita apud Ciceronem et Caesarem.

### Post.

Minorem dignitatem significat, ut primum apud Sallustium: XXIII, 6, 28 natio formidanda p. Parthos. XXIV, 2, 4 Surena p. regem apud Persas promeritae dignitatis. XXX, 2, 5, Surena potestatis secundae p. regem. Ad tempus referri potest praepositio: XXX, 7, 5 quem p. Constantem solum omnium formidabant.

Saepe coniectetur praepositio cum pronominum neutrissimis: „p. hoc“ XXVIII, 1, 29. „p. haec“ XIV, 7, 1. 7, 5. 7, 15. 9, 7. „p. quod“ XVII, 14, 3., „p. quae“ XXI, 3, 4. 15, 4. XXXI, 5, 9, multisque aliis locis.

Saepissime autem coniungitur „post“ cum singulis vocalibus ita, ut uno nomine vis integrae enuntiationis continetur: XVII, 1, 2 amor p. documenta flagrantior. XIX, 11, 17, p. quae tam saeva. XX, 5, 6 p. quae tanta et talia. XXVI, 6, 7 p. exquisita tormenta h. e. postquam exquisitis tormentis affecti sunt. XXIX, 2, 28 p. tormenta. XXIX, 2, 15 consulares p. scipiones et trabeas et fastorum monumenta mundana h. e. qui consulm insignibus ornati fuerant. Similiter participio addito: XIV, 1, 4 p. hoc perpetratum. XV, 8, 3 p. multa actitata. 8, 15 p. haec finita. XVIII, 2, 5 p. haec impetrata. 3, 1 p. compositas sedes opesque congestas. XXIII, 6, 4 p. finitima cuncta subacta.

„Pone“ nonnullis locis pro praepositione usurpatur: XXIV, 6, 9 p. omnes reiecti centurias. XXIX, 5, 47 occultatis p. terga subsidialibus globis.

### Secundum.

Hanc praepositionem Ammianus neque significatione temporali neque ea, quae ad ordinem rerum spectat, usurpavit.

Omnino duobus tantum locis legitur idem significans quod „ad modale:“ XVIII, 5, 7 auditorum s. Homericos Phaeacas admirantium. XXIV, 6, 9 spatium s. Homericam dispositionem praestituit.

### Praeter.

Saepius coniungitur cum adiectivis et participiis neutri generis. Exemplis ab Hassensteinio allatis (p. 27) addo haec: p. alia multa XXI, 3, 5. p. pauca XXII, 8, 12. XXV, 4, 20. p. sperata XXV, 7, 5. p. multa cruda et immitia XXVIII, 1, 14.

„Praeter haec“ pro „praeterea“ et apud priscos et apud posteriores scriptores usitatum legitur: XXVII, 2, 11. XXVIII, 6, 20. XXX, 8, 10. XXXI, 12, 9.

### Inter.

Ante Vergilium verbis motum indicantibus non adiungitur; deinde saepius. Ex Ammiano afero: XIX, 2, 13 tela i. hominum cadentia densitatem. 9, 4 familiarem per Izalam montem i. castella praesidiaria duo Nisibia dimisit. XXII, 15, 22 i. arundines celsas cubilibus positis. XXIII, 6, 59 i. quos amnes duo fluant. XXIV, 1, 4 sarcinas i. utrumque latus instituit procedentium.

Multis locis praepositio coniungitur cum adiectivorum et participiorum neutris: XIV, 1, 3 i. humilia. 2, 6 i. arta et invia. 5, 1 i. alia. XVI, 7, 8 i. praecipua. 10, 14 i. haec decora. XVII, 6, 1 i. quae ita ambigua. XVIII, 2, 3 i. potissima. XX, 7, 15 i. tam funesta. XXI, 4, 2 i. multa. 6, 9 i. tot urgentia. 8, 2 i. subita. XXII, 11, 6 i. cetera. XXVII, 7, 7 i. reliqua. XXX, 7, 4 i. probra et praecipua. Ut ex compluribus exemplorum, quae modo attuli, cognoscitur, haec ipsa praepositio aequa ac „post“ ita usurpatur, ut uno nomine enuntiatio temporalis comprehendatur. Haec ratio ad personas ipsas refertur: XIX, 5, 6 i. incertos nos et ancipites. XXIX, 1, 25 i. ambigentes iudices. Raro coniungitur cum gerundivo: XVIII, 7, 7 i. rapienda momenta. XXXI, 5, 8 i. metuenda multa periculorumque praevia.

Pro „interea“ usurpantur persaepe „inter haec,“ quod iam apud Livium, et „inter quae,“ quod inde a Curtio. i. haec: XIV, 6, 1. 11, 17. XV, 5, 9. 5, 15. XVI, 10, 18. XVII, 12, 1. XXI, 8, 1. i. quae: XVII, 7, 4. XXI, 1, 5. 12, 11. 12, 17. XXIV, 6, 11.

Postponitur praepositio: XXIII, 4, 4 quos i. XXV, 7, 4.  
XXVII, 9, 8. XXVIII, 2, 10 haec i.

### Intra.

Cum verbis movendi coniungitur: XIV, 2, 18 reducti i. moenia. XX, 11, 17 i. moenia repelluntur. XXX, 4, 19 cum i. cancellorum venerint saepta. XXXI, 7, 8 plebs i. saeptorum ambitum contrusa. XXXI, 15, 8 i. muros suscipi se curarent, alibique.

Non saepe usurpatur significatione temporali: XVII, 8, 2 i. mensem quintum vel sextum. XXIII, 5, 6 i. praestitutum diem. XXV, 9, 4 i. triduum.

Perraro legitur translate: XXX, 8, 11 i. sortem humilem amendandos.

### Extra.

Semel pro „praeter“ positum legitur: XXIII, 6, 77 nec apud eos e. regales mensas hora est praestituta prandendi.

### Infra.

Locum indicat praepositio: XXIII, 6, 14 Scythia i. Imaum et ultra eundem montem. In codicibus legitur „Scythia ultra eundem montem“ verbis „i. Im. et“ omissis. Editores scripsierunt olim Gelenium secuti „Scythia ultra Emodem montem,“ si quidem montis nomen in scriptura codicum desideratur. Sed lectio Gelenii vel ideo est improbanda, quod Ammianus eundem montem § 64 „Emodon“ appellat. Itaque Gardhausenus Ptolemaei provinciarum catalogo adhibito recte recepit „infra Imaum et“ et servavit „eundem,“ quod est in codicibus. (cf. con. Ammian. p. 34.)

Translate adhibetur praepositio XXX, 4, 2 quod i. imperiale columen causarum essent minutiae privatarum.

Pro adverbio usurpatur XV, 8, 16 i. quam decebat.

### Supra.

Haec praepositio neque de tempore usurpatur ab Ammiano neque de munere, cui quis praestet. Adhibetur plurimis locis tropice: „über ein Mass hinausgehend.“ s. modum XIV, 1, 2. XV, 8, 16. XVII, 5, 15. s. homines XVIII, 4, 1. s. plantam XXVIII, 1, 10. s. amnis speciem XXIX, 6, 17.

**Cis. Citra.**

„Cis“ locali tantum significatione legitur.

Eodem modo „citra.“ Translata autem significatione ponitur pro „sine:“ XIX, 7, 7 ut quidam c. vulnerum noxas interirent. XXII, 7, 5 c. spem veniae.

**Ultra. Trans.**

„Ultra“ coniungitur translate cum adiectivis neutri generis. Exemplis ab Hassensteinio (p. 27) allatis addo: u. apposita XV, 8, 7. XXVIII, 1, 38. u. mortale XXVI, 6, 8.

De „trans“ praepositione nihil habeo, quod moneam.

**Circa. Circum. Circiter.**

„Circa“ inde a Ciceronis demum aetate pro praepositione usurpatum adhibetur ab Ammiano non solum significatione locali, sed etiam temporali et translata, ut primum apud Horatium.

De tempore legitur: XXVI, 5, 8 c. id tempus. XXVIII, 1, 26 c. hos dies.

Significatione translata usurpatur et de animi cogitatione ad aliquam rem relata et de actione ac negotio, in quo quis versatur: XVIII, 5, 1 c. ratiocinia versabatur. XXI, 6, 2 c. haec lenior. 16, 1 nihil c. administrationum augmenta novari percessus. XXIX, 4, 1 sollertiae c. rem publicam usquam digredientis. XXXI, 15, 8 c. extinguendum incendium distinguit multitudo.

Neque „circum“ neque „circiter“ pro praepositionibus usurpassee videtur Ammianus.

**Ab.**

Saepissime apponitur „ab“ urbium nominibus, neque ad circumiacentem regionem omnia sunt referenda. XV, 9, 7 a Phocaea Italiam petit. XVIII, 9, 3 quos erupisse a Singara Persasque trucidasse. XXIV, 4, 31 progressus a Ctesiphonte cum optimatibus et multitudine armata. XXVI, 6, 20 ab Emesa Heliogabalus exivit Antoninus. 7, 2 Valentem a Caesarea Cappadocum profecturum. 7, 14 Procopius a Nicaea regressus, aliaque.

Semel idem significare videtur, quod persaepe „ex“ h. e. eum, qui quo munere functus est. XV, 3, 4 hic a ministro

triclinii rationalis. Sic in codicibus. Sed puto cum Valesio „a“ esse mutandum in „ex,“ nam nullo alio exemplo comprobatur „ab“ ita pro „ex“ esse adhibitum.

Non usurpatur praepositio pro ablativo causae vel pro alia praepositione causam indicante. In nonnullis enim exemplis origo potius quam causa indicata videtur. XVI, 12, 37 caelumque exultantium cadentiumque resonabat a vocibus magnis. XX, 11, 30 a sudo aere nubium concitans globos. XXII, 15, 12 a triquetrae litterae forma hoc vocabulo signatus appellata. XXIV, 6, 4 a fortuna sperans nondum afflita h. e. a parte fortunae. (Hand. I, 52.)

Ex adiectivis, a quibus „a“ pendet, memorabilia videntur haec: immunis ab XIV, 5, 7 ob omni culpa i. XV, 1, 3 i. ab omni mortalitatis incommodo. Ablativus solus legitur XXIV, 6, 11 sagittarum periculis miles erat i. vacuus ab XXVI, 3, 5 v. ab omni delicto.

Saepe coniectitur praepositio cum adiectivis et participiis neutri generis substantivorum locum tenentibus: ab imo XIV, 11, 26. XXII, 15, 28. a vero XV, 5, 4. XXII, 9, 9. 10, 2. a contrario XXII, 8, 33. a proposito XXII, 10, 5. XXIII, 6, 74.

### De.

Duobus locis legitur „de“ significatione instrumentalis, quae posteriorum scriptorum est propria. XXIX, 3, 8 protectores de fustibus caesi. XXXI, 5, 12 quid potestas Martia de habitu prudentiae valeat — didicere. (Hand. II, 220.)

### Ex.

Causalis praepositionis vis ex permultis sententiis cognoscitur. Cum „causa“ ipsa coniuncta invenitur his locis: XIV, 6, 11. 10, 13. XV, 10, 9. XIX, 6, 2. XXI, 16, 11. XXII, 13, 3.

Non minus frequens est modalis usus. Commemoro tantum: e re XXVII, 12, 18. e re publica XXVI, 1, 5. ex usu XXIV, 4, 23.

Saepe coniungitur „ex“ cum neutris adiectivorum pro adverbii: ex pacto XIV, 4, 4. ex improviso XIV, 10, 7. ex confesso XV, 2, 10. 5, 11. XXI, 1, 3. ex aequo bonoque

XVII, 12, 14. ex integro XXVI, 4, 6. ex professo XXIX, 3, 9. ex adverso XVII, 13, 10. XX, 1, 3. XXI, 6, 3. e propinquo XXIX, 5, 13. Alia exempla cum adiectivorum neutris composita vide apud Hassenstein. p. 27.

„Procul e“ pro „procul a“ legitur XXV, 8, 4 p. e nostro conspectu.

De eo praepositionis usu recentiorum scriptorum proprio, quod cum nominibus magistratum ita coniungitur, ut significet aliquem aliquo munere abiisse et defunctum esse, Hassensteinus disseruit. (p. 33.)

#### Procul.

Praepositionis loco usurpatum est in formula „procul dubio“ XV, 5, 7. XVI, 11, 5. 12, 33. XXI, 7, 3. XXIX, 6, 13.

#### Sine. Absque.

De „sine“ nihil est monendum.

„Absque“ usurpatur pro „sine“ et „praeter.“ Exempla collegit Hudemannus p. 10. Corrupte autem sine dubio legitur „absque“ XVIII, 10, 3 opertam absque labra ipsa atro vellamine. A Gronovio recte emendatum est pro „absque“ „adusque;“ neque ideo Hudemannum hunc locum afferre decet, ut demonstret „absque“ etiam cum accusativo coniunctum legi.

#### Cum.

Perraro „cum“ coniungitur cum adiectivorum neutris: ceteris XXIX, 5, 16. XXX, 4, 22.

Anastrophe semper conspicitur in „mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum,“ numquam in relativo pronomine.

#### Prae.

Cum verbis statim indicantibus „prae“ coniunctum legitur in formula „prae oculis habere.“ XIX, 8, 1 nec fas ullum p. oculis habiturus. XXX, 4, 18 nec ian fas ullum p. oculis habent.

Causali notione, idem significans quod „propter,“ et apud optimos scriptores et apud Livium in negativis tantum sententiis usurpatur. Apud Ammianum interdum in enuntiatis affirmativis: XV, 5, 30 mutatis p. timore saepe sententiis. XVIII, 6, 16 locutus varia p. timore. XXVII, 10, 4 p. metu poenarum ad Romanum solum se transtulit.

### Pro.

Idem significans quod graecum „ὅς“ latinum „tamquam, quasi“ reperitur „pro“ in his formulis: XIV, 5, 1 p. liquido accipiens et comperto. XV, 2, 9 valuere p. veris aliquotiens falsa. XXIX, 1, 20 p. veris accipiebat et certis.

Rationis modalis pauca exempla affero: XIV, 11, 4 p. rerum captu. XV, 5, 25 p. statu rei praesentis. XIX, 6, 4 nihil egisse operae pretium p. magnanimitate Gallica. XX, 1, 3 p. rei qualitate. XXV, 4, 8 p. rerum et hominum distinctione sine crudelitate terribilis.

### Tenus.

„Tenus“ saepe cum corporis partibus coniungitur: XIV, 4, 3 pube t. XVII, 7, 5 collo t. XXVIII, 2, 4 mento t. Saepius etiam legitur translata significatio: XIV, 1, 5 specie t. 5, 3 rumore t. 5, 9 susurro t. 7, 14, formidine t. 9, 5 amictu t. XVI, 8, 3 terrore t. XIX, 1, 3 colloquio t. XX, 8, 20 sermone t. XXI, 4, 6 convicio t. 15, 1 murmure t. 16, 6 suspicione t. XXVI, 1, 8 verbo t.

„Coram, clam, palam, simul“ ab Ammiano praepositionum vice non usurpantur.

De „abusque“ iam Hudemannus disseruit. (p. 10.)

### In.

**In c. abl.** Vocibus „bellum“ et „pax“ apponitur fere praepositio: XV, 5, 33 in bello civili XX, 8, 7 in multis bellis et asperis. XXI, 1, 13 in bello. 16, 15 in externis bellis (cf. XXII, 16, 13 bello Alexandrino). XVI, 10, 3 in pace. XXI, 4, 3 in profunda pace. XXV, 4, 4 in pace.

Praeterea quae commemorentur digna videntur haec: XIV, 1, 1 in primitiis adultae aetatis. 6, 25 Catulus — in aedilitate sua. XVI, 10, 11 in citeriore vita. XIX, 1, 11 in primaevō flore. 4, 4 in Peloponnesiaci belli principiis. XXII, 15, 24 in aedilitate Scauri. 16, 11 in die quodam. XXV, 4, 3 in adulto robore iuuentutis.

„In“ pro „ex“ legitur XXVII, 4, 4 sanguinem in ossibus capitum cavis bibentes.

**In c. acc.** Perraro indicat extremum terminum temporis et usurpatur pro „usque ad.“ XIX, 12, 3 materiam in in-

finitum quaestionibus extendendis dedit occasio vilis. „Usque“ additur XVI, 11, 12 usque in id temporis. Similiter legitur „in“ pro „usque ad“ XVII, 8, 1 Alamannos in insaniam audaces. XXVI, 6, 15 indutus a calce in pubem.

Singulariter usurpatur „in“ pro ablativo vel alia quadam praepositione XXVIII, 1, 42 in id tempus aut non multo prius.

Frequentissimus exstat consecutivus, qui dicitur, praepositionis usus, qui indicat aliquid in aliquam rem evadere eiusque formam induere. XVI, 2, 13 in bicornem figuram acie divisa. XX, 3, 1 attenuatum in lunae corniculantis effigiem. XXII, 8, 9 mare in aequoream panditur faciem. XXII, 8, 13 Inachi filia mutata in bovem. XXIV, 8, 7 in orbiculatam figuram metatis castris. XXIX, 5, 52 eosque assiduitate pugnandi mutaret in metum.

Non minus saepe legitur modalis praepositionis usus. XIV, 8, 5 magnum in modum. XV, 1, 2 in modum gregiorum militum. XVI, 10, 14 in modum provinciarum. XVI, 12, 34 in eundem modum. XXIII, 4, 1 in modum regulae maioris. XXVI, 4, 3 in modum apparitoris morigerum. XXVIII, 4, 10 in modum taurorum minacium. XVI, 12, 12 recto consilio in bonam partem accepto. XVII, 4, 7 obeliscus in figuram metae sensim ad proceritatem consurgens. XXVI, 6, 15 in paedagogiani pueri speciem. XXVII, 8, 8 in ovantis speciem. XXIX, 5, 38 scuta in formidabilem gestum moventibus. XXX, 2, 3 in hanc repondit sententiam. 4, 19 in eam conclusionem desinit.

Saepenumero significatur praepositione finis ac consilium, quo aliquid agitur. XIV, 10, 5 ne eum acueret in fiduciam. XV, 5, 15 quae in labem suarum ageret fortunarum. 8, 2 in assentationem nimiam erudit. XVI, 3, 3 conspiratas gentes in noxam Romani nominis. 7, 1 auribus in omne patentibus crimen. 8, 4 in periculosam fraudem illexit. XVII, 10, 3 saeviens in damna Romana. XXII, 16, 2 in honorem Antinoi. XXIV, 1, 12 in favores principis consurgebat. XXVI, 5, 8 in res surrexerat novas.

Saepius etiam pendet „in“ ita ab adiectivis pro „ad.“ XXII, 16, 11 femina callida semper in fraudes. XXIX, 6, 3 Maximinus in omne avidus nefas. XXX, 3, 6 constantis in concordiam animi. 4, 19 qui est in verba fidentior. 8, 2 in acerbitatem propensior. XXXI, 14, 5 in crudelitatem proclivior.

Pro „in c. abl“ legitur praepositio XIV, 9, 2 in peiores haeserat plagas.

### Sub.

**Sub c. abl.** saepe significat aliquid fieri aliquo moderante quasi et regente. XVII, 4, 13 navis s. trecentis remigibus agitanda. XXVIII, 1, 48 s. Maximiano. 1, 57 s. Gratiano.

Frequenter ita transfertur ad vultum, oculos aliasque capitis partes: XVI, 12, 18 s. conspectu bellicosi ductoris. XVIII, 3, 6 s. Augusti patulis auribus. XXI, 6, 2 s. obtutibus meis. XXX, 4, 15 s. ore disceptatoris.

Posterioris aetatis scriptorum proprius est modalis praepositionis usus: XIV, 7, 2 s. uno elogio. XV, 3, 11 s. aliqua spe. 5, 28 s. disceptatione ignobili. XVII, 4, 14 s. discrimine. XX, 5, 7 s. reverenda facie. XXI, 5, 10 s. execrationibus. XXVI, 2, 1 s. exitii denuntiatione. 6, 13 s. consecratione iuris iurandi. Condicio cognoscitur: XVII, 8, 3 s. hac lege. XX, 4, 4 s. hoc pacto.

Raro indicatur tempus: XIV, 9, 4 s. ipso vivendi termino. XVIII, 6, 1 s. isdem fere diebus.

**Sub c. acc.** in paucis tantum formulis exstat: s. iugum mittere XIV, 8, 4; XXI, 16, 14; XXIII, 6, 83; XXIV, 3, 9; XXV, 9, 11 s. dicionem venire: XVIII, 6, 15 s. imperium venire; XV, 12, 5 s. aspectum cadere XXII, 8, 9.

De tempore dicitur XXVII, 10, 1 s. idem fere tempus.

### Super.

De „super“ cum ablativo coniuncto Hassensteinius quae erant denotanda protulit. (p. 34.)

Cum accusativo conectitur semel idem paene significans quod „praeter:“ XXV, 7, 3 quae s. omnia „abgesehen von alledem:“

Præterea saepius occurrit nobis formula „alius super alium:“ XIV, 11, 16; XVII, 7, 4; XXIX, 2, 1; XXXI, 10, 12.


„Subter“ casui non adiungitur apud Ammianum.

Formis descriptis P. Schettler.









La 27.91

De praepositionum usu apud Ammianum  
Widener Library

006708788



3 2044 085 183 051